

### III. Consuetudines feudorum.

*Antiqua Tit. I c. 1. 2.*

#### DE FEUDIS.

I. QUIBUS MODIS FEUDUM  
ADQUIRITUR ET RETINE-  
TUR.

1. Quia de feudis tractaturi sumus, videamus primum, qui feudum dare possunt. Archiepiscopus, episcopus, abbas, abbatissa, praepositus, si antiquitus eorum fuit consuetudo, feudum dare possunt. Marchio, comes<sup>1)</sup>, qui proprie regis capitanei dicuntur. Sunt et alii, qui ab ipsis feudum accipiunt, qui proprie regis valvassores dicuntur, sed hodie capitanei appellantur; qui et ipsi feuda dare possunt. Ipsi vero, qui ab eis accipiunt, minores valvassores dicuntur.

2. Quia vidimus de per-

*Vulgata Lib. I, Tit. 1.*

#### INCIPIUNT CONSUETU- DINES FEUDORUM

##### ET PRIMO

I. DE HIS, QUI FEUDUM  
DARE POSSUNT ET QUALI-  
TER ACQUIRATUR ET RE-  
TINEATUR.

Quia de feudis tractaturi sumus,<sup>10</sup> videamus primo, qui feudum dare possunt. Feudum autem dare possunt archiepiscopus, episcopus, abbas, abbatissa, praepositus, si antiquitus fuerit consuetudo eo-<sup>15</sup> rum, feudum dare. Marchio, co-  
mes, qui proprie regni vel regis  
capitanei dicuntur, similiter feu-  
dum dare possunt. Sunt et alii,  
qui ab ipsis feuda accipiunt, qui<sup>20</sup>  
proprie regis vel regni valvaso-  
res dicuntur, sed hodie capitanei  
appellantur, qui et ipsi feuda dare  
possunt. Ipsi vero, qui ab eis  
acciunt, minores valvassores di-<sup>25</sup>  
cuntur.

§ 1. Et quia vidimus de per-

1) *Lex Conradi statuit* ‘ut nullus miles episcoporum, abbatum, abbatissarum aut marchionum vel comitum vel omnium qui beneficium de nostris publicis bonis aut de ecclesiarum praediis nunc tenent . . . beneficium perdat’.

30

6\*

161

*Antiqua Tit. I c. 2.*

sonis, videamus, qualia prius haberunt initia. Antiquissimo enim tempore sic erat in dominorum potestate connexum, ut, quando vellent, possent auferre. Postea vero eo vencum est, ut usque ad vitam fidelis produceretur. Sed cum hoc jure successorio ad filios non pertineret, sic progressum est, ut ad filios deveniret, in quem scilicet dominus hoc vellet confirmare beneficium. Quod hodie ita stabilitum est, ut ad omnes aequaliter pertineat. Cum vero Conradus proficeretur Romanam, petitum est a fidelibus, qui in ejus erant servitio, ut lege ab eo promulgata hoc etiam ad nepotes ex filio producere dignaretur et, ut frater fratri sine legitimo herede defuncto in beneficio, quod vel eorum patris fuit, succedat<sup>1)</sup>. Si autem unus ex fratribus a domino feudum acceperit, eo defuncto sine legitimo herede, frater ejus in feudum non succedit<sup>2)</sup>. Quod etsi communiter acceperint, unus alteri non succedit, nisi hoc nominatim dictum sit, scilicet ut uno defuncto sine legitimo herede alter succedat<sup>3)</sup>, herede vero relictio frater removebitur.

*Vulgata Lib. I, Tit. 1.*

sonis, videamus, qualia prius haberunt initia. Antiquissimo enim tempore sic erat in dominorum potestate connexum, ut, quando vellent, possent auferre rem in feudum a se datam. Postea vero eo ventum est, ut per annum tantum firmitatem haberent, deinde statutum est, ut usque ad vitam fidelis produceretur. Sed cum hoc jure successionis ad filios non pertineret, sic progressum est, ut ad filios deveniret, in quem scilicet dominus hoc vellet beneficium confirmare. Quod hodie ita stabilitum est, ut ad omnes aequaliter pertineat. Cum vero Conradus Romanam proficeretur, petitum est a fidelibus, qui in ejus erant servitio, ut et lege ab eo promulgata hoc etiam ad nepotes ex filio producere dignaretur et, ut frater fratri sine legitimo herede defuncto in beneficio, quod eorum patris fuit, succedat. Si autem unus ex fratribus a domino feudum acceperit, eo defuncto sine legitimo herede, frater ei in feudum non succedit. Quod etsi communiter acceperint, unus alteri non succedit, nisi hoc nominatim dictum sit, scilicet ut uno defuncto sine legitimo herede alter succedat, herede vero relictio frater removebitur.

35      1) *Cfr. legem Conradi.*      2) *Secundum legem Conradi quae dicit: 'beneficium quod patris sui fuit habeat'.*  
 neficiis: 'Si duo sunt filii, uno sine filio decedente succedit alter. Aliud si ipsi simul quaesissent; tunc enim sibi invicem non succederent, nisi id nominatim dictum sit, cum investirentur' (*Anschütz p. 196*). *Vide infra tit. IV c. 1, tit. VI 40 c. 3. 9. Constitutum usus Pisanae civitatis (Bonaij II p. 957).*

*Antiqua Tit. I c. 2. 3. 4.*

Hoc autem notandum est, quod, licet filiae ut masculi patribus succedant legibus, a successione feudi removentur, quia<sup>1)</sup> neque faidam levare vel pugnam facere possunt, et earum filii, nisi specialiter dictum sit, ut ad eas pertineat<sup>2)</sup>.

3. Hoc autem sciendum est, quod beneficium hoc ad venientes ex latere ultra fratres patruelis non progreditur per successionem secundum usum ab antiquis sapientibus constitutum<sup>3)</sup>, licet moderno tempore usque ad septimum genuculum<sup>4)</sup> sit usurpatum. Jure novo usque in infinitum extenditur.

4. Notandum est autem, quod illud beneficium, quod a regis capitaneis atque regis valvassoribus aliis praestatur, proprie jure feudi censetur, illud vero, quod a minoribus in alios transfertur, non jure feudi judicatur<sup>5)</sup>; sed quando voluerint, recte auferre queunt, nisi Romam cum illis in exercitu perrexerint, quo casu in jure feudi transit, vel si aliquid propter feudum acceperint.

1) *Cfr. Liutprandi leges l. 13:* ‘quia filiae ejus eo, quod femineo sexu esse provatur non, possunt faidam ipsam levare’, *Lombarda vulg. I Tit. 9 l. 18, Ariprandi comment. Tit. de beneficiis (Anschütz p. 195).* 2) *Cfr. Constitutum usus Pisanae civitatis (Bonaini II p. 957).* 3) *i. e. usque ad quartum gradum computationis romanae cfr. infra tit. IV c. 1, tit. VI c. 8. Antiquos sapientes esse sapientes Papiae, Mediolani etc., de quibus tit. VI c. 7 loquitur, verisimile est.*

4) *i. e. usque ad finem ‘parentillae’.* *Cfr. Ed. Roth 153:* ‘Omnis parentilla usque in septimum geniculum numeretur’. 5) *Lex Conradi discernit duas sola genera valvassorum, maiores valvassores et minores. Maiores valvassores sunt omnes ‘qui beneficium de nostris (i. e. regis) publicis bonis aut de aecclesiarum prediis tenent’, minores valvassores sunt milites eorum. De aliis personis lex non loquitur.*

*Vulgata Lib. I, Tit. 1.*

§ 2. Hoc autem notandum est, quod, licet filiae ut masculi patribus succedant legibus, a successione tamen feudi removentur,<sup>5</sup> similiter et earum filii, nisi specialiter dictum fuerit, ut ad eas pertineat.

§ 3. Hoc quoque sciendum est,<sup>10</sup> quod beneficium ad venientes ex latere ultra fratres patruelis non progreditur successione secundum usum ab antiquis sapientibus constitutum, licet moderno tempore<sup>15</sup> usque ad septimum gradum sit usurpatum, quod in masculis descendantibus novo jure usque in infinitum extenditur.

§ 4. Notandum est autem, quod<sup>20</sup> illud beneficium, quod a regis capitaneis atque regis valvassoribus aliis impenditur, proprie jure feudi censetur, illud vero, quod a minoribus in alios transfertur, non<sup>25</sup> jure feudi judicatur (aliter in curia Mediolanensi observatur); sed quando voluerint, recte auferre queunt, nisi Romam in exercitu cum illis perrexerint vel<sup>30</sup> aliquid propter feudum acceperint.

*Antiqua Tit. I c. 4. 5.*

rit, tunc nisi restituto pretio auferre non possunt<sup>1)</sup>). § 1. Item illud, quod datur nomine gastaldiae<sup>2)</sup>  
<sup>5</sup> vel guardiae<sup>3)</sup> et pro mercede alicujus rei, transacto anno potest auferri jure et pretio pro eo dato  
<sup>10</sup> non restituto, nisi ad certum tempus fuerit datum<sup>2)</sup>). Si vero gastaldii aliquid nomine proprii feudi possederint, non valebunt propterea possessionem sibi defendere, nisi potuerint per pares curtis vel breve testatum probare,  
<sup>15</sup> se, antequam gastaldii essent vel postquam desierunt esse, investituram accepisse.

20

25

5. Si vero archiepiscopus, episcopus, abbatissa investituram ejus feudi, quod alias detineat, eo tenore alicui dederit, ut post ejus decessum, qui possidet, habeat, et ante decesserit quam ille, qui feudum possidet, successores non coguntur eam investituram facere vel confirmare,  
<sup>30</sup> etiamsi pares curtis adsint

1) Cfr. *infra tit. III, tit. VI c. 4, tit. IX c. 4.* 2) Cfr. *librum consuetudinum Mediolani Rubr. 29 in fine. De gastaldiis hujus temporis vide Mon. German. Leg. Fol. IV p. 671 et ibi citatos, praeterea Pertile o. c. I p. 297, M. Handloike 'Die lombardischen Städte unter der Herrschaft der Bischöfe' 1883 p. 42.*

40 3) = *custodia*. Cfr. *Mon. Germ. hist. 4º. Leg. Sectio IV Tom. I p. 380: Et si ita, ut predictum est, imperator vel filius eius castrum in custodia sua retinere noluerit, Astensibus commendare habet in guardia . . .*

*Vulgata Lib. I, Tit. 1. 2. 3.*  
 rint; tunc enim nisi restituto pretio auferre non possunt.

## II. DE FEUDO GUARDIAE VEL GASTALDIAE.

Item illud, quod datur nomine gastaldiae vel guardiae et pro mercede alicujus rei, transacto anno potest jure auferri etiam pretio pro eo dato non restituto, nisi ad certum tempus fuerit datum. § 1. Si vero gastaldi aliquid nomine proprii feudi possident, non valebunt propterea possessionem sibi defendere, nisi per pares curtis potuerint vel breve testatum probare, se, antequam gastaldi essent vel, postquam desierint esse, investituram accepisse.

## III. QUI SUCCESSORES TENEANTUR.

Si vero archiepiscopus, episcopus, abbas, abbatissa investituram ejus feudi, quod alias detineat, eo tenore alicui dederit, ut post decessum ejus, qui possidet, habeat, et ante decesserit quam ille, qui feudum possidet, successores eorum non coguntur eam investituram facere vel confirmare, etiamsi pares curtis adsint

*Tit. 1. 2. 3.*  
nisi restituto  
n possunt.

GUARDIAE  
ALDIAE.  
datur nomine  
guardiae et pro  
rei, transacto  
auferrri etiam  
non restituto,  
tempus fuerit  
vero gastaldi  
oprii feudi pos  
bunt propterea  
defendere, nisi  
potuerint vel  
obbare, se, ante  
sent vel, post  
e, investituram

CESSORES  
NTUR.  
iscopos, episco  
tissa investitu  
quod alius deti  
icui dederit, ut  
s, qui possidet,  
decesserit quam  
ossidet, succes  
coguntur eam  
ere vel confir  
es curtis adsint

*fr. librum consuet.*  
*ide Mon. German.*  
297, *M. Handloike*  
1883 p. 42.  
*V Tom. I p. 380:*  
in custodia sua re

*Antiqua Tit. I c. 5. 6.*

testes vel breve inde testatum sit,  
nisi ille, qui investituram accepit,  
nomine ejus feudi missus in pos  
sessionem sit. Sed si ille, qui  
feudum possidet, prius decesserit  
quam ille, qui investituram fecit,  
jure cogitur eam ratam habere<sup>1)</sup>.

6. Laici vero iisdem modis,  
quibus supra diximus, aliis si in  
vestituram dederunt, heredes eo  
rum, si rationibus claruerit, om  
nimodo eam adimplere coguntur.

*Vulgata Lib. I, Tit. 3. 4.*

testes vel breve testatum inde  
sit, nisi ille, qui investituram  
acceperit, nomine ejus feudi in  
possessionem missus sit eo con  
sentiente, qui detinet. Sed si ille,  
qui feudum possidet, prius de  
cesserit quam ille, qui investitu  
ram fecit, jure cogitur eam ratam  
habere.<sup>10</sup>

§ 1. Laici vero iisdem modis  
omnibus, quibus supra diximus,  
si aliis investituram dederint,  
heredes eorum, si rationibus cla  
ruerit, omnimodo eam adimplere<sup>15</sup>  
compelluntur.

IV. DE CONTROVERSIA  
INVESTITURAE.

§ 1. Si autem controversia in  
ter dominum et fidelem de inves  
titura feudi fuerit, quid juris sit,  
videamus. Si investitura facta  
fuerit coram paribus curtis aut  
cum brevi testato<sup>2)</sup>, recte eum  
dominus cogitur mittere in feudi  
possessionem. Si vero fuerit in  
possessione, et mota ei fuerit con  
troversia a domino, ei datur de  
fensio propter possessionem. Si  
autem non fuerit in possessione  
nec supradictis modis potuerit  
probare, tunc illius erit defensio,  
qui dicitur fecisse investituram<sup>3)</sup>.

Si autem controversia inter do  
minum et fidelem de feudi inves  
titura fuerit, quid juris sit, vi  
deamus. Si investitura facta fu  
erit coram paribus curiae aut in  
brevi testato, recte eum, qui in  
vestitus est, cogitur dominus mit  
tere in feudi possessionem. Si  
vero fuerit in possessione, et mota  
ei fuerit controversia a domino,  
ei defensio detur propter posses  
sionem. Si autem non fuerit in  
possessione nec supradictis modis  
poterit probare, tunc illius erit  
defensio, qui investituram dici  
tur fecisse.<sup>35</sup>

1) *Cfr. infra tit. IV c. 2, tit. VII c. 2 et constitutum usus Pisanae civi  
tatis (Bonaini, II p. 959). Vide ad hoc caput: Albrecht 'Die Gewere' p. 287,  
Er. ab Horn 'De investitura eventuali et exspectativa feudal' p. 45 sq.*

2) *Cfr. H. Brunner 'Zur Rechtsgeschichte der römischen und germanischen Ur  
kunde' 1880 p. 284.* 3) *Cfr. infra tit. V c. 1, tit. VI c. 13, tit. VII c. 3<sup>40</sup>*  
*et Heusler 'Die Gewere' p. 224. Cfr. quoque Constitutum usus Pisanae civitatis  
(Bonaini II p. 959).*

*Antiqua Tit. I c. 6.*

§ 2. Si vero feudum aliquis habuerit, de quo nulla controversia est, et dixerit, se investituram alterius feudi accepisse ab eodem domino, nec in possessione fuerit nec praedictis rationibus potuerit probare, licet domini esset defensio, ex ordine tamen, quia aliunde vasallus est, remittitur domino ex aequitate defensio.

§ 3. Cum autem quis dixerit, per successionem feudum ad se pertinere, asserendo id esse paternum, si fuerit in possessione medietatis vel alterius partis vel cambium proprietatis nomine illius feudi habuerit vel aliis iustis rationibus illud esse paternum probare potuerit, jure obtinebit<sup>1)</sup>.

§ 4. Item si aliquis possederit castrum, quod dixerit se pro feudo tenere, et econverso dominus per guardiam dixerit se ei dedisse, domini est probatio, et si potuerit probare, tunc ille, qui tenet, debet domino restituere vel probare per pares curtis vel breve testatum, postquam in guardiam suscepisset, se a domino pro feudo investituram accepisse; domino vero in probatione deficiente tunc illius erit defensio, qui possidet<sup>2)</sup>.

35

§ 5. Similiter si aliquis possederit castrum aut aliam rem, et dominus se pro pignore dixerit ei dedisse, e contrario ille

*Vulgata Lib. I, Tit. 4.*

§ 1. Si vero feudum aliquis habuerit, de quo nulla controversia est, et dixerit, se investituram alterius feudi accepisse ab eodem domino, nec in possessione fuerit nec praedictis rationibus probare potuerit, licet domini esset defensio, ex ordine tamen, quia aliunde vasallus est, remittitur domino ex aequitate defensio.

§ 2. Cum autem quis dixerit, feudum ad se per successionem pertinere, asserendo illud esse paternum, si fuerit in possessione medietatis vel alicujus partis vel cambium proprietatis nomine illius feudi habuerit vel aliis iustis rationibus illud esse paternum probare potuerit, jure obtinebit.

§ 3. Item si vasallus possederit castrum, quod dixerit se pro feudo tenere, et econtra dominus per guardiam dixerit se ei dedisse, domini est probatio, et si poterit probare, tunc ille, qui tenet, debet domino restituere vel probare per pares curtis vel per breve testatum, postquam in guardiam suscepisset, se a domino pro feudo investituram accepisse; domino vero in probatione deficiente tunc illius erit defensio, qui possidet.

§ 4. Similiter si aliquis possederit castrum vel aliam rem, et dominus dixerit, se pro pignore ei dedisse, e contrario ille

40 1) *Cfr. infra tit. V c. 2, tit. IX c. 17, Constitutum usus Pisanae civitatis (Bonaiuti II p. 964. 965).* 2) *Cfr. Heusler op. cit. p. 236. 237.*

*I, Tit. 4.*

feudum aliquis nulla controversia, se investitum accepisse ab eo in possessione factis rationibus licet domini et ordine tamen, illus est, remittit quitate defensio. Si quis dixerit, successione illud esse et in possessione eujus partis vel satis nomine ille et vel aliis ius ad esse pateretur, jure ob-

sallus possedet. Dixerit se pro contra dominus retinet se ei dedisse, et si poterit qui tenet, detinere vel procurare vel per postquam investitum, se a domino accepisse; probacione definita erit defensio,

si aliquis posse vel aliam rem, se pro pig- e contrario ille

*mae civitatis (Bo-*

*Antiqua Tit. I c. 6. 7.*

dixerit, se accepisse pro feudo, si dominus potuerit probare, quod ei pro pignore dedisset, tunc ille, qui tenet, domino restituet vel probet supradicto modo, se a domino, postquam pro pignore accepit, feudi nomine accepisse, et si dominus non potuerit probare, se nomine pignoris dedisse, erit defensio illius, qui possidet.

7. Si quis de manso uno feudi nomine investituram accepit et dixit, quod omne incrementum pertineat ad eum per investituram, si dominus reservaverit sibi aliquid in ipsa curte, tunc oportebit fidelem incrementi investituram per pares curtis vel breve testatum probare. Sed si dominus in ipsa curte nihil sibi retinuerit, tunc incrementum jure feudi fidelis obtinebit<sup>1)</sup>. Si vero fidelis in possessione incrementi fuerit, non oportebit investituram probare, sed jurare.

§ 1. Rursus si aliquis accepit investituram feudi 'cum omni incremento quod ei evenerit', et ei aliquid accreverit vivente eo, a quo accepit, ipsius erit; et si ille, qui investituram fecit, sine herede decesserit et feudum reversum fuerit ad eum, a quo tenuerit, vel ad alium, quidquid post mortem ejus, qui dederit, accreverit, ad eum pertinebit, ad quem regressum fuerit.

*Vulgata Lib. I, Tit. 4.*

dixerit se suscepisse pro feudo, si potuerit dominus probare, quod ei pro pignore dedisset, tunc ille, qui tenet, domino restituet<sup>5</sup> vel probet supradicto modo, se, postquam a domino pro pignore accepit, feudi nomine accepisse, et si dominus non potuerit probare, se nomine pignoris dedisse,<sup>10</sup> erit defensio illius, qui possidet.

§ 5. Si quis de manso uno feudi nomine investituram accepit et dixerit, quod omne incrementum pertineat ad eum per<sup>15</sup> investituram, si dominus reservaverit sibi aliquid in ipsa curte, tunc oportebit fidelem incrementi investituram per pares curtis vel per breve testatum probare.<sup>20</sup> Sed si dominus in ipsa curte nihil sibi retinuit, tunc omne incrementum jure feudi fidelis obtinebit. Si vero fidelis in possessione incrementi fuerit, non<sup>25</sup> oportebit eum investituram probare, sed jurare.

§ 6. Rursus si aliquis accepit investituram feudi 'cum omni incremento quod ei obveniret', et aliiquid accreverit vivente eo, a quo accepit, ipsius erit; et si ille, qui investituram fecit, sine herede decesserit et feudum reversum fuerit ad eum,<sup>30</sup> a quo ipse tenuerit, vel ad alium, quidquid post mortem ejus, qui dedit, accreverit, ad eum pertinebit, ad quem regressum fuerit.

1) *Cfr. constitutum usus Pisanae civitatis (Bonaini II p. 959).*

*Antiqua Tit. II.*II. QUALITER FEUDUM  
AMITTATUR<sup>1)</sup>.

Quia supra dictum est, quibus modis feudum adquiritur et retinetur, nunc videamus, qualiter amittatur. Si enim praelium campestre habuerit et vasallus eum morantem in ipso praelio dimiserit non mortuum, non ad mortem vulneratum, feudum amittere debet. § 1. Item si fidelis dominum cucurbitaverit<sup>2)</sup> vel id facere laboraverit vel si cum filia aut cum nepte ex filio aut cum sorore domini concubuerit, jure feudum amittere censetur. Similiter si dominum assalierit vel castrum domini sciens, dominum vel dominam ibi esse. Item si suum fratrem occiderit vel nepotem, id est filium fratris, aut si libellario nomine amplius medietate feudi derit aut pro pignore plus medietate obligaverit, ita ut transactum<sup>3)</sup> permittat, vel dolo hoc egerit, feudi amissione mulctabitur.

30

*Vulgata Lib. I, Tit. 5.*V. QUIBUS MODIS FEUDUM  
AMITTATUR.

Quia supra dictum est, quibus modis feudum adquiratur et retinetur, nunc videamus, qualiter amittatur. Si enim dominus praelium campestre habuerit et vasallus eum morantem in ipso praelio dimiserit non mortuum, non ad mortem vulneratum, feudum amittere debet. § 1. Item si fidelis cucurbitaverit dominum, id est cum uxore ejus concubuerit vel concubere se exercuerit, vel si cum filia aut cum nepte ex filio aut cum nupta filio aut cum sorore domini concubuerit — haec ita obtinent, si in domo domini maneat — jure feudum amittere censetur. § 2. Similiter si dominum assalierit vel castrum domini sciens, dominum vel dominam ibi esse. § 3. Item si fratrem suum occiderit vel nepotem, id est filium fratris. § 4. Aut si libellario nomine amplius medietate derit aut pro pignore plus medietate obligaverit, ita ut transactum permittat, vel dolo hoc fecerit, feudi ammissione mulctabitur. § 5. His omnibus casibus feudum ad dominum revertitur.

35 1) *Cfr. ad hunc titulum constitutum usus Pisanae civitatis (Bonaini II p. 967. 968).* 2) *Verbum invenitur in libro Papiensi, Expos. ad Rothar. 213 (M. G. L. Fol. IV p. 348).* Verbum ‘cucurbitas’ legitur in summa Rofredi Beneventani de pugna. *Cfr. ad hoc verbum Ducange, Glossarium s. h. v.* 3) *id est obnoxiationem (legem commissoriam).* *De verbo transactare seu trasactare vide Indicem verborum ad leges Langobardorum (M. G. L. Fol. IV p. 678) et Brunner in ‘Zeitschrift für Handelsrecht’ tom. XXII p. 545; Pertile, o. c. IV p. 541, 542, R. Schroeder, Lehrb. der deutschen Rechtsg. 2 ed. p. 282. Cfr. infra tit. VII c. 6.*

*Antiqua Tit. II, III.*

5     § 6. Item si episcopus vel abbas vel abbatissa vel dominus plebis feudum de rebus ecclesiarum, quae ei subjectae sunt et tituli vocantur, dederit, nullum habet vigorem  
 10 secundum hoc, quod constitutum est a Papa Urbano in sancta synodo<sup>2)</sup>, hoc est illud, quod post ejus decretum datum fuerit; quod autem ante datum fuerat, firmi-  
 15 ter permanere debet<sup>1)</sup>. § 7. Idem juris est, si praepositus vel alia ecclesiastica persona, quae antiquitus non sit solita feudum dare, scilicet ut, quod dederit, non sit  
 20 stabile de jure. § 8. Quin etiam si quis feudum eo tenore acceperit, ut ejus descendentes, masculi et feminae, ipsum habere possint, relieto masculo ulterius  
 25 feminae non admittantur. § 9. Mutus feudum retinere non potest, sed si feudum magnum fuerit, quo ei ablato se exhibere non valeat, tantum ei relinqu debet,  
 30 unde possit se retinere<sup>2)</sup>. § 10. Et his omnibus casibus feudum amittitur et ad dominum revertitur.

<sup>35</sup> III. QUAE SIT NATURA FEUDI.

Natura feudi haec est, ut si

1) *Vide quoque librum consuetud. Mediolan. Rubr. 27:* Ab Archiepiscopo vero vel Abate hodie novum feudum dari non potest sive concedi, quia sacramento sint astricti ne illud faciant, vetus autem feudum investire permissum est eis. 2) *Cfr. ad § 9: O. F. Gierke, de debitibus feudalibus 1860 p. 23 sqq.*

*Vulgata Lib. I, Tit. 6, 7.*VI. EPISCOPUM VEL ABBA-  
TEM VEL ABBATISSAM  
FEUDUM DARE NON POSSE.

Item si episcopus vel abbas vel abbatissa vel dominus plebis feudum dederit de rebus ecclesiarum, quae eis subjectae sunt et tituli vocantur, nullum habet vigorem secundum hoc, quod constitutum est a Papa Urbano in sancta synodo, hoc est illud, quod post ejus decretum datum fuerit; quod autem ante datum fuerit, firmiter permanere debet. § 1. Idem juris est, si praepositus vel alia ecclesiastica persona, quae antiquitus non sit solita in feudum dare, scilicet ut, quod dederit, de jure non valeat. § 2. Quin etiam si quis eo tenore feudum acceperit, ut ejus descendentes, masculi et feminae, illud habere possint, relieto masculo ulterius feminae non admittuntur. § 3. Mutus feudum retinere non potest, scilicet qui nullo modo loquitur, sed si feudum fuerit magnum, quo ei ablato se exhibere non valeat, tantum ei relinqu debet, unde possit se retinere. § 4. Et his omnibus casibus feudum amittitur et ad dominum revertitur.

## VII. DE NATURA FEUDI.

Natura feudi haec est, ut si

, Tit. 6, 7.  
 VEL ABBA-  
 BBATISSAM  
 NON POSSE.  
 abbas vel abbas  
 dominus plebis  
 rebus eccle-  
 subjectae sunt  
 nullum habet  
 hoc, quod con-  
 apa Urbano in  
 est illud, quod  
 datum fuerit;  
 datum fuerit,  
 e debet. § 1.  
 si praepositus  
 a persona, quae  
 solita in feu-  
 ut, quod dede-  
 eat. § 2. Quin  
 tenore feudum  
 s descendentes,  
 illud habere  
 asculo ulterius  
 attuntur. § 3.  
 tinere non po-  
 nullo modo lo-  
 dum fuerit mag-  
 ato se exhibere  
 ei relinqu-  
 t se retinere.  
 us casibus feu-  
 ad dominum

## IURA FEUDI.

naec est, ut si  
 Ab Archiepiscopo  
 ncedi, quia sacra-  
 vestire permissum  
 1860 p. 23 sqq.

*Antiqua Tit. III, IV c. 1.*

princeps investierit capitaneos suos de aliquo feudo, non potest eos devestire<sup>1)</sup> sine culpa, id est marchiones et comites et ipsos, qui appellantur proprie capitanei<sup>2)</sup>. Idem est, si investitura facta sit a capitaneis et majoribus valvassoribus, qui impropre hodie appellantur capitanei. Si vero fuerit facta a minoribus vel minimis valvassoribus, aliud est. Tunc enim possunt devestiri non habita ratione culpe, nisi fecerint hostem Romae — tunc enim idem est in minimis quod in majoribus valvassoribus — vel nisi emerunt — tunc enim pretium restituendum est secundum antiquum et rationabilem usum<sup>3)</sup>. Moderni autem non ita subtiliter cernentes dicunt, idem observandum in minimis quod in majoribus valvassoribus<sup>4)</sup>.

## IV. DE FEUDI SUCCESSIONE.

1. Sequitur igitur de feudi successione videre. Si quis itaque decesserit filiis et filiabus superstitibus, succedant tantum filii aequaliter vel nepotes ex filio in locum sui patris nulla ordinatione defuncti in feudo ma-

*Vulgata Lib. I, Tit. 7. 8.*

princeps investierit capitaneos suos de aliquo feudo, non potest eos disvestire sine culpa, id est marchiones et comites et ipsos, qui proprie hodie appellantur capitanei. § 1. Idem est, si investitura sit facta a capitaneis et majoribus valvassoribus, qui impropre hodie appellantur capitanei. Si vero facta fuerit a minoribus vel minimis valvassoribus, aliud est. Tunc enim possunt disvestiri non habita ratione culpe, nisi fecerint hostem Romae — tunc enim idem est in minimis quod in majoribus valvassoribus — vel nisi emerint — tunc enim pretium restituendum est secundum antiquum et rationabilem usum. Moderni autem non ita subtiliter cernentes dicunt, idem observandum in minimis quod dictum est in majoribus.

## VIII. DE SUCCESSIONE FEUDI.

Sequitur de successione feudi videre. Si quis igitur decesserit filiis et filiabus superstitibus, succedunt tantum filii aequaliter vel nepotes ex filio in loco sui patris nulla ordinatione defuncti in feudo ma-

1) Cfr. legem Conradi: 'nemo injuste disvestire eos audeat'. 2) Cfr. supra titulum I c. 1. 3) Cfr. supra titulum I c. 4. 4) Hic titulus distinguit tria genera vasallorum a) capitaneos et majores valvassores, b) minores valvassores, c) minimos valvassores. Re concordat auctor cum auctore tituli primi et facit solam mentionem opinionis 'Modernorum' qui dicunt, minimorum quoque valvassorum feendum verum esse.

*Antiqua Tit. IV c. 1. 2.*

nente<sup>1</sup>). Hoc quoque observatur, ut si frater meus alienaverit partem suam feudi vel fecerit inventore filiam suam, si moriatur sine herede masculo, nihilominus revertitur ad me. Et olim observabatur usque ad quartum gradum tantum secundum quosdam<sup>2</sup>), hoc ideo quia postea non vocatur feudum paternum. Alii vero dicunt usque ad septimum gradum. Filia vero non succedit in feudum, nisi investitura fuerit in patre 'ut filiae et filii succedant in feudum' — tunc enim succedit filiis non exstantibus — vel nisi investitae fuerint. Hoc de feudo paterno. In alio vero feudo, quod habet initium tantum a fratribus, non succedit unus alteri sive in una investitura sive duabus investituris fuerit, nisi expressim fuerit dictum, ut alter alteri succedat<sup>3</sup>).

*Vulgata Lib. I, Tit. 8. 9.*

nente vel valente. § 1. Hoc quoque observatur, ut si frater meus alienaverit partem suam feudi vel fecerit investiri filiam suam, si moriatur sine herede masculo, nihilominus revertitur ad me. Et olim observabatur usque ad quartum gradum tantum secundum quosdam, hoc ideo quia postea non vocatur feudum paternum. Alii autem dicunt usque ad septimum gradum. Filia vero non succedit in feudo, nisi investitura fuerit facta in patre, 'ut filii et filiae succedant in feudum' — tunc enim succedit filiis non exstantibus — vel nisi investitae fuerint de feudo paterno. In alio vero feudo, quod habuit initium tantum a fratribus, non succedit unus alteri sive in una investitura sive in duas investituris, nisi hoc fuerit dictum expressim, ut alter alteri succedat.

#### IX. HIC POTEST ESSE TITULUS, QUI SUCCESSORES TENEANTUR.

2. Si quis investitus fuerit de alieno feudo 'post mortem ejus' vel si quis investitus fuerit sub conditione aliqua vel tempore, de quo nullus erat investitus, sive praemoriatur tenens feudum sive investitus, et investitor et heres

Si quis investitus fuerit de alieno feudo 'post mortem ejus' vel si fuerit investitus sub conditione aliqua vel tempore, de quo nullus erat investitus, sive praemoriatur tenens feudum sive investitor sive investitus, inves-

1) *Cfr. supra titulum I c. 2; Constitutum usus Pisanae civitatis (Bonaini II p. 958)*: Si aliquis habens feudum in ultima voluntate sua plus uni, quam alteri filiorum de feudo dare voluerit, talis datio nichil valeat, sed fratres in feudo *equales* sint, tamquam si nichil inde dixisset. 2) *Cfr. supra titulum I c. 3.*

3) *Cfr. supra tit. I c. 2, infra tit. VI c. 3. 9.*

*Lib. I, Tit. 8. 9.*  
 lente. §1. Hoc quoque  
 ut si frater meus alien-  
 em suam feudi vel fecer-  
 filiam suam, si moria-  
 de masculo, nihilomi-  
 tur ad me. Et olim ob-  
 susque ad quartum gra-  
 secundum quosdam,  
 a postea non vocatur  
 rnum. Alii autem di-  
 ad septimum gradum.  
 non succedit in feudo,  
 tura fuerit facta in  
 ii et filiae succedant  
 — tunc enim succe-  
 in exstantibus — vel  
 ae fuerint de feudo  
 alio vero feudo, quod  
 um tantum a fratri-  
 cedit unus alteri sive  
 titura sive in dua-  
 ris, nisi hoc fuerit  
 essim, ut alter alteri

POTEST ESSE TI-  
 UI SUCCESSORES  
 NEANTUR.

investitus fuerit de  
 'post mortem ejus'  
 investitus sub con-  
 ta vel tempore, de-  
 rat investitus, sive  
 tenens feendum sive  
 e investitus, inves-

mae civitatis (*Bonaini*  
 ite sua plus uni, quam  
 eat, sed fratres in feudo  
 r. supra titulum I c. 3.

*Antiqua Tit. IV c. 2, V c. 1.*  
 investitoris tenetur investito et  
 ejus heredi veniente tempore vel  
 condizione<sup>1)</sup>, licet alii dicant, si  
 moriatur investitus ante quam  
 tenens feendum vel ante conditio-  
 nem existentem vel tempus, he-  
 redes ejus non debebunt inves-  
 tiri<sup>2)</sup>. Nam si quis fuerit in-  
 vestitus pure de alieno feudo,  
 non valet investitura. Hoc ita,  
 nisi investitura fuerit facta ab  
 aliqua persona ecclesiastica; tunc  
 enim si praemoriatur investitor  
 ante quam tenens feendum vel  
 conditio vel tempus existat, non  
 obligatur successor illius<sup>3)</sup>, et  
 hoc probatur per legem Lotharii  
 de precariis<sup>4)</sup>.

*Vulgata Lib. I, Tit. 9. 10.*  
 titor et heredes investitoris te-  
 nentur investito et heredi ejus  
 veniente tempore vel condizione,  
 licet alii dicant, si moriatur in-  
 vestitus ante quam tenens feu-  
 dum vel ante conditionem exis-  
 tentem vel ante tempus, quod  
 heredes ejus non debeant inves-  
 tiri. Nam si quis fuerit inves-  
 titus pure de alieno feudo, non  
 valet investitura. Hoc ita est,  
 nisi fuerit facta ab aliqua ecclae-  
 siastica persona; tunc enim si  
 moriatur investitor ante quam  
 feendum tenens vel conditio vel  
 tempus existat, non obligatur  
 successor illius, et hoc probatur  
 per legem Lotharii de precariis,  
 et hoc intelligendum est de va-  
 sallis, qui feudi successionem non  
 habent.

## V. DE CONTENTIONE FEUDI.

1. Si fuerit contentio inter  
 dominum et fidelem de inves-  
 titura feudi, dirimatur per pa-  
 res curtis. Alii enim testes,  
 etsi idonei sint, non sunt ad-  
 mittendi, inopia tamen proba-  
 tionum per religionem clientuli  
 possessoris feudi cum 12 sacra-  
 mentalibus secundum quosdam.  
 Ceterum si dominus possidet,

## X. DE CONTENTIONE INTER DOMINUM ET VASALLUM DE INVESTITURA FEUDI.

Si fuerit contentio inter do-  
 minum et fidelem de investitura  
 feudi, per pares curiae dirimatur.  
 Alii enim testes, etsi idonei sunt,  
 tamen admittendi non sunt. Ino-  
 pia tamen probationum dirimatur  
 per religionem clientuli possesso-  
 ris feudi vel cum 12 sacramen-  
 talibus secundum quosdam. Ce-  
 terum si dominus possideat, etiam

1) *Cfr. supra tit. I c. 6. 5.* 2) *Cfr. Gerber, System (13 ed.) § 115 N. 1,*  
*Laspeyres p. 162, R. Schroeder, Lehrb. p. 395 n. 40.* 3) *Cfr. supra tit. I*  
*c. 5, infra tit. VII c. 2, Albrecht p. 288, Gerber, System § 115 n. 3.* 4) *i. e.*  
*Lotharii I lex Lombardae inserta. Vide Lomb. vulg. III tit. 10 l. 2.*

*Antiqua Tit. V c. 1. 2.*

per suum jusjurandum cum 12 sacramentalibus dirimatur<sup>1)</sup>. Hoc ita, nisi clientulus sit gastaldius vel actor domini; tunc enim tantum suaे religioni statut, nisi habet<sup>2)</sup> testes pares idoneos. Nam aliquando multa bona auferuntur domino hoc modo et hoc colligitur per legem, quae est in titulo de acquisitione actorum regis<sup>3)</sup>. Idem dicendum est de guardia. § 1. Similiter si quis voluerit dicere de pignore sibi dato se investitum esse, non credatur suo juramento licet possideat, sed testibus idoneis paribus domus. Insuper sciendum est, feudum guardiae et gastaldiae quacunque hora vult auferri posse, scilicet post annum, a domino<sup>4)</sup>.

25

2. Si contentio fuerit inter me et dominum de portione feudi fratribus mei defuncti dicendo paternum esse, ille vero minime, tanquam habiturum meam partem, sive possideo sive alienavi, dabitur mihi jusjurandum, scilicet patrem meum jure investitum fuisse, licet non possideam portionem fratribus mei. Si vero nullam partem habuero illius feudi, nec mihi nec domino

1) *Cfr. supra tit. I c. 6 § 1, infra tit. VI c. 13, tit. VII c. 3.* 2) *scilicet clientulus.* 3) *Lomb. vulg. II tit. 17 l. 1.* 4) *Cfr. supra tit. I c. 4 § 1.*

*Vulgata Lib. I, Tit. 10. 11*

(12 ed. hod.).

per suum jusjurandum cum 12 sacramentalibus dirimatur. Hoc ita, nisi clientulus sit gastaldus vel actor domini; tunc enim tantum suaе, id est domini, religioni statut, nisi habeat testes pares idoneos. Nam aliquando malignando multa bona auferuntur domino hoc modo et hoc colligitur per legem, quae est in titulo de acquisitione actorum regis in Lombarda. Idem dicendum est de guardia. § 1. (XI) Similiter si quis voluerit dicere de pignore sibi dato se investitum esse, non credatur suo juramento, sed testibus idoneis paribus domus. Insuper sciendum est, feudum guardiae et gastaldiae quacunque hora vult auferri posse a domino, scilicet post annum.

#### XI (XII). DE CONTENTIONE INTER ME ET DOMINUM DE PORTIONE FEUDI FRATRIS MEI.

Si contentio fuerit inter me et dominum de portione feudi fratribus mei defuncti dicendo paternum esse, ille vero minime, tanquam habuerim partem meam, sive possideo sive alienavi, dabitur mihi jusjurandum, scilicet patrem meum jure investitum fuisse, licet non possideam portionem fratribus mei. Si vero nullam partem habuero illius feudi, nec mihi nec domino

*Tit. 10. 11  
d.).*

dum cum 12  
rimatur. Hoc  
sit gastaldus  
nunc enim tan-  
mini, religioni  
et testes pares  
quando malig-  
nauferuntur do-  
huc colligitur  
t in titulo de  
a regis in Lom-  
ondum est de  
o Similiter si  
re de pignore  
tum esse, non  
ento, sed tes-  
us domus. In-  
est, feendum  
iae quacunque  
osse a domino,  
.

NTENTIONE  
DOMINUM DE  
I FRATRIS

t inter me et  
ne feudi fra-  
icendo pater-  
minime, tan-  
artem meam,  
alienavi, dabi-  
lum, scilicet  
e investitum  
ossideam por-  
. Si vero  
abuero illius  
nec domino  
3. 2) scili-  
tit. I c. 4 § 1.

*Antiqua Tit. V c. 2. 3.*

dabitur jusjurandum, nisi propter  
supradictam rationem domino<sup>1)</sup>,  
non ut ego propter hoc aliud  
meum feendum amittam.

*Vulgata Lib. I, Tit. 11, 12  
(12, 13 ed. hod.).*

dabitur jusjurandum, nisi propter  
supradictam rationem domino, non  
ut ego propter hoc aliud meum  
feendum amittam.

**XII (XIII). DE ALIENATIONE  
FEUDI.**

3. Si clientulus voluerit par-  
tem sui feudi alienare, id est  
medium, sine domini voluntate,  
poterit hoc facere, ulterius pro-  
gredi non potest secundum jus-  
tum et verum usum, alioquin et  
feendum amittat et non valebit,  
quod factum est<sup>2)</sup>. Quod dictum  
est alienare, intelligas de libello.  
Mediolanenses vero nobiliter<sup>3)</sup>  
considerantes dicunt, clientulum  
etiam alienare posse totum sine  
domini voluntate<sup>4)</sup>. Inde po-  
test praesumi, si clientulus feci-  
rit libellum in perpetuum de  
feudo suo alicui ecclesiae, non  
valet, ideo scilicet, quia nun-  
quam reversum sit ad domi-  
num, cum ecclesia non desinat  
esse heres. Quod observandum  
est in privato ex natura per-  
petui libelli<sup>5)</sup>. Sed diversum ob-  
servatur in ecclesia quam in  
privato. Ecclesia, cultrix et  
auctrix justitiae, non patitur

Si clientulus voluerit partem  
sui feudi alienare, id est medium,<sup>10</sup>  
sine domini voluntate, poterit  
hoc facere, ulterius progredi non  
potest secundum justum et verum  
usum, alioquin et feendum amit-  
tat et non valebit, quod factum<sup>15</sup>  
est. Quod dictum est alienare,  
intelligas de libello. Huic con-  
suetudini derogatum est per le-  
gem Lotharii. Mediolanenses vero  
irrationabiliter considerantes di-<sup>20</sup>  
cunt, clientulum etiam alienare  
posse totum et sine domini volun-  
tate. Inde potest praesumi, si  
clientulus fecerit libellum in per-  
petuum de feudo suo alicui ecclae-<sup>25</sup>  
siae, non valet, ideo scilicet, quia  
nunquam reversum esset ad  
dominum, cum ecclesia non desi-  
nat esse heres. Quod observan-  
dum est in privato ex natura<sup>30</sup>  
perpetui libelli. Sed diversum ob-  
servatur in ecclesia quam in  
privato. Ecclesia enim, cultrix  
et auctrix justitiae, non patitur

1) Cfr. supra tit. I c. 6 § 1.

2) Cfr. supra tit. II § 1.

3) ita<sup>35</sup>

Codd. Tub., Berol. et Paris. Bamb.: irrationaliter. 4) Non concordare lib-  
rum consuet. Mediol. Rubr. 28 ait K. Weymann, Vergleichung der lehnsrecht-  
lichen Capitel des Mailänd. Stadtrechts von 1216 mit dem liber feudorum 1887  
p. 12; re vera iste liber loquitur de venditione et impignoratione feudi, non de  
contractu libellario, cfr. Stobbe, Handbuch des deutschen Privatrechts II § 123<sup>40</sup>  
N. 7, § 124 N. 6. 5) Liber consuet. Mediol. Rubr. 17 'libellus . . . inter-  
dum constituitur perpetuo aliquando ad tempus'.

*Antiqua Tit. V c. 3, Tit. VI c. 1.*

*Vulgata Lib. I, Tit. 12, 13*

(13, 14 ed. hod.).

aliquid contra justitiam in se fieri vel in altero, privatus  
5 vero saepe obviat justitiae. Et si clientulus fecit libellum vel aliud de medietate feudi sine domini voluntate, eo mortuo sine herede masculo — quod verbum ita 10 intelligendum est in feudo id est sine masculo filio — revertitur feudum ad dominum. Si vero cum domini voluntate totum vel medium alienaverit, stabilis permaneat alienatio per libellum facta.  
§ 1. In feudo comitatus et marchiae vel aliarum dignitatum non est successio secundum rationabilem usum, sed hodie usurpa-  
20 tum<sup>1)</sup>.

contra justitiam aliquid fieri in se vel in alterum, privatus vero saepe obviat justitiae. Et si clientulus fecerit libellum vel aliud de medietate feudi sine domini voluntate, eo mortuo sine legitimo herede masculo — quod verbum ita intelligendum est in feudo id est sine filio masculo — revertitur feudum ad dominum. Si vero cum domini voluntate totum vel medium alienaverit, stabilis permaneat alienatio (fratri vero vel nepoti alienatio per libellum facta<sup>2)</sup>) § 1. In feudo comitatus vel marchiae vel aliarum dignitatum non est successio secundum rationabilem usum, sed hodie est usurpatum.

## VI.

### QUALITER USUS BENEFICII TENENDUS (RETINENDUS) SIT.

25

*Codd. 4. 80.*

1. Qui de marchia vel ducatu vel comitatu vel aliqua regali dignitate fuerit investitus per beneficium ab imperatore, ille tantum habere debet; heres non succedit ullo modo, nisi ab imperatore adquisierit per investituram.

*Codd. 1. 5. 83.*

1. De marchia vel comitatu vel aliqua regali dignitate si quis investitus fuerit per beneficium ab imperatore, ille tantum habere debet; heres non succedit tamen ullo modo, nisi ab imperatore adquisierit per investituram<sup>3).</sup>

## XIII (XIV).

### DE FEUDO MARCHIAE, DUCATUS ET COMITATUS.

De marchia vel ducatu vel comitatu vel aliqua regali dignitate si quis investitus fuerit per beneficium ab imperatore, ille tantum debet habere; heres enim non succedit ullo modo, nisi ab imperatore per investituram acquisierit.

1) *Vide infra tit. VI c. 1, tit. IX c. 1. Totus paragrapthus postea additus 40 esse videtur.* 2) *Glossa (non codices) addit: subaudi valet etiam sine domini voluntate, quod Mincuccius et Cujacius in textu posuerunt.* 3) = *tit. IX c. 1.*

I, Tit. 12, 13  
ed. hod.).  
aliquid fieri in  
privatus vero  
justitiae. Et si  
rit libellum vel  
estate feudi sine  
eo mortuo sine  
masculo — quod  
elligendum est in  
e filio masculo —  
um ad dominum.  
domini voluntate  
dium alienaverit,  
eat alienatio (frat-  
broi alienatio per  
§ 1. In feudo  
marchiae vel alia-  
non est successio  
nabilem usum, sed  
atum.

XIII (XIV).  
FEUDO MAR-  
AE, DUCATUS  
COMITATUS.

Marchia vel du-  
vel comitatu vel  
regali digni-  
si quis investi-  
fuerit per bene-  
m ab imperatore,  
tantum debet ha-  
; heres enim non  
edit ullo modo,  
ab imperatore per  
stitaram acquisi-

phus postea additus  
et etiam sine domini  
3) = tit. IX c. 1.

- Antiqua Tit. VI c. 2. 3. 4.*  
*Codd. 4. 80.*
2. Si capitanei vel vavasores majores vel minores investiti fuerint de beneficio, filii et nepotes ex parte filiorum succedunt. Si unus ex ipsis filiis vel nepotibus sine descendantibus masculini sexus heredibus mortuus fuerit, praedicti fratres et nepotes per investituram patris et avi in beneficium succedunt; et similiter intelligendum est in consobrinis.
3. Si duo fratres investiti fuerint de beneficio et unus eorum sine descendantibus masculini sexus mortuus fuerit, dominus succedit non frater. Quod si pactum fuerit in investitura, quod frater succederet, per pactum frater succedit, non dominus. Quod diximus de fratribus, idem intelligendum est de filiabus.
4. Si femina bene- 4. Si femina mari-
- <sup>35</sup>  
1) = tit. IX c. 2. Cfr. legem Conradi.  
tit. I c. 2, tit. IV c. 1, infra c. 9.
- Vulgata Lib. I, Tit. 13,*  
*14. (14, 15 ed. hod.).*
- § 1. Si capitanei vel valvasores majores vel minores investiti fuerint de beneficio, filii vel nepotes ex parte filiorum succedunt. Si vero unus ex his filiis vel nepotibus sine descendantibus masculini sexus heredibus mortuus fuerit, praedicti fratres et nepotes per investituram patris et avi in beneficium succedunt; et similiter intelligendum est in consobrinis.  
<sup>20</sup>
3. Si duo fratres simul investiti fuerint de beneficio novo et non de paterno, si unus eorum sine descendantibus masculini sexus mortuus fuerit, dominus succedit, non frater, nisi pactum hoc conciliet; sic et per pactum filiae succedunt.  
<sup>25</sup>
- <sup>35</sup>  
XIV (XV). AN MA-  
RITUS SUCCEDAT  
UXORI IN BENE-  
FICIUM.
- Si femina habens 40  
2) Cfr. tit. IX c. 3 et supra

*Antiqua Tit. VI c. 4.**Codd. 4. 80.*

ficium habens mortua  
fuerit, nullo modo  
5 maritus succedit in  
beneficio, nisi specia-  
liter investitus fuerit  
a domino. Et si ipsa  
filios dimiserit, dicunt  
10 quidam, filios non de-  
bere ei succedere in  
beneficio matris, nisi  
specialiter investiti  
fuerint, quia secun-  
15 dum usum regni be-  
neficium vocatur pa-  
ternum, non mater-  
num. Sed secundum  
aequitatem dicimus,  
20 filios debere succe-  
dere. Hoc dicimus de  
capitaneis et majori-  
bus varvassoribus. De  
minimis autem var-  
25 vasoribus secundum  
usum regni, sicut di-  
cetur inferius, tenen-  
dum est.

*Codd. 1. 5. 83.**Codd. 1. 5. 83.*

tum et beneficium ha-  
bens moriatur, nullo  
modo succedit mari-  
tus in beneficium, nisi  
specialiter investitus  
fuerit. Et si ipsa fe-  
mina filios dimiserit,  
dicunt quidam, filios  
non debere succedere  
in beneficium matris,  
nisi specialiter sit dictum  
vel investiti fuerint,  
quia usu regni  
beneficium vocatur pa-  
ternum, non mater-  
num. Sed secundum  
aequitatem dicimus,  
filios debere succe-  
dere. Hoc dicimus  
de capitaneis et de  
minoribus valvassori-  
bus. De minimis au-  
tem valvassoribus, id  
est de his, qui tenent  
beneficium a minori-  
bus valvassoribus, sic  
servetur:

*Vulgata Lib. I, Tit. 14,**15 (15, 16 ed. hod.).*

beneficium moriatur,  
nullo modo succedit  
in beneficium maritus,  
nisi specialiter inves-  
titus fuerit. Et si  
ipsa femina filios di-  
miserit, dicunt qui-  
dam, filios non debere  
succedere in benefi-  
cium matris, nisi spe-  
cialiter sit dictum vel  
investiti fuerint, quia  
secundum usum regni  
beneficium vocatur pa-  
ternum et non mater-  
num. Sed secundum  
aequitatem dicamus,  
filios debere succede-  
re. Hoc dicimus  
de capitaneis et de  
majoribus et minori-  
bus valvassoribus. De  
minimis autem, id est  
de his, qui beneficium  
tenent a minoribus  
valvassoribus, sic ser-  
vetur.

XV (XVI). DE FEU-  
DIS DATIS MINI-  
MIS VALVASORI-  
BUS.

**§ 1.** Si minores var-  
35 vasores minimis tol-  
lere voluerint benefi-  
cium, hanc habeant  
potestatem tollendi,  
excepto si benefi-  
40 cium non vendiderint.  
Si vero pretium de-

**§ 1.** Si minores  
valvassores minimis  
tollere voluerint be-  
neficium, liceat eis,  
excepto si be-  
neficium non ven-  
diderint eis. Si ve-  
ro pretium de-

Si minores val-  
vasores beneficium  
tollere voluerint mi-  
nimis, liceat eis, ex-  
cepto si beneficium  
vendiderint eis.  
Si vero pretium de-

*Lib. I, Tit. 14,  
5, 16 ed. hod.).*  
cium moriatur,  
dem nostrae consuetudinis vel legis novae bonae memoriae Lotharii imperatoris<sup>1)</sup>. Tunc enim rescissa investitura, reddito a te vel ab alio proximiore secundum antiquam consuetudinem pretio<sup>2)</sup>, si quod dederat, is, qui investituram suscepit, compellatur rem tibi restituere.

6. Personam vero investituram accipientis non distinguimus; nam etiam servus investiri potest, nisi ignorantia praetendatur<sup>3)</sup>. Sed utrum ipse an aliis pro te investituram faciat vel suscipiat, nihil interest. Potest enim hoc negotium et per procuratorem ab utraque expediri parte<sup>4)</sup>.

7. Feminam quoque etiam novi<sup>5)</sup> feudi investituram facere posse, plerique consentiunt.

8. Nulla autem investitura debet ei fieri, qui fidelitatem recusat facere, cum a fidelitate feudum dicatur vel a fide<sup>6)</sup>, nisi eo pacto adquisitum sit feudum 'ut sine juramento fidelitatis habeatur'<sup>7)</sup>.

*Vulgata Lib. II, Tit. 3.*

dem nostrae consuetudinis vel legis novae bonae memoriae Lotharii imperatoris. Tunc enim rescissa investitura, reddito a te vel ab alio proximiore secundum antiquam consuetudinem pretio, si quod dederit, is, qui investituram accepit, compellatur rem tibi restituere. § 1. Personam vero investituram accipientis non distinguimus; nam etiam servus investiri poterit, nisi ignorantia praetendatur. Sed utrum ipse an aliis pro te investituram faciat vel suscipiat, nihil interesse putamus. Potest enim hoc negotium et per procuratorem ab utraque parte expediri. § 2. Feminam quoque etiam novi feudi investituram facere posse, plerique consentiunt.

§ 3. Nulla autem investitura fieri debet ei, qui fidelitatem facere recusat, cum a fidelitate feudum dicatur vel a fide, nisi eo pacto adquisitum sit ei feendum 'ut sine juramento fidelitatis habeatur'.

30

1) *i. e. legis Lotharii III de anno 1136. Cfr. infra c. 15.* 2) *Cfr. supra tit. I c. 4* (tunc nisi restituto pretio auferre non possunt), *tit. III, tit. VI c. 4 § 1. infra tit. IX c. 4.* 3) *Cfr. librum consuetud. Mediol. Rubr. 27:* Dari sive concedi potest feendum sive beneficium . . . . servo maximo eo sciente qui ipsam investituram facit, alioquin eo ignorantie judicio nostro investitura facta servo non valebit. 4) *Cfr. Libr. cons. Med. l. c. 'Investitura autem de qua dictum est fieri potest et recipi per principalem personam vel per procuratorem'.* 5) *non veteris. De ratione vide Librum consuet. Mediolani Rubr. 8. Abbatissas vero veteris feudi investituram facere posse ex tit. I c. 1, c. 5 apparel.* 6) *Libr. cons. Med. Rubr. 27:* 'Dicitur autem feendum a fide quam vasallus domino suo praestare cogitur'. 7) *Libr. cons. Med. l. c. 'nisi eo pacto fuerit adquisitum feendum ut fidelitatem vasallus non faciat'. Cfr. infra tit. X c. 2 § 1.*

*Antiqua Tit. VIII c. 9—11.*

*Vulgata Lib. II, Tit. 4. 5. 6.*

IV. QUID PRAECEDERE DEBEAT, UTRUM INVESTITURA AN FIDELITAS.

- 5 9. Utrum autem investitura praecedere debeat fidelitatem an fidelitas investituram, quaesumus scio. Et saepe responsum est, investituram debere praecedere<sup>1)</sup>.  
 10 10. Fidelitatem dicimus jusjurandum, quod a vasallo praestatur domino.

Utrum autem investitura praecedere debeat fidelitatem an fidelitas investituram, quaesumus scio. Et saepe responsum est, investituram debere praecedere fidelitatem. § 1. Fidelitatem dicimus jusjurandum, quod a vasallo praestatur domino.

V. QUALITER VASALLUS JURARE DEBEAT FIDELITATEM.

- 15 11. Qualiter autem jurare debeat, videamus: 'Juro ego ad haec sancta evangelia, quod a modo inantea ero fidelis huic, sicut debet esse vasallus domino, nec id, 20 quod mihi sub nomine fidelitatis commiserit, alii pandam me sciente ad ejus detrimentum'. Si vero domesticus sit, id est ex familia ejus, cui jurat<sup>2)</sup>, aut si ideo fidelitatem jurat, non quia feudum habeat sed quia de jurisdictione ejus sit, cui jurat, nominatim vitam, mentem, membrum et illius rectum honorem jurabit<sup>3)</sup>.

30

Qualiter autem debeat jurare vasallus fidelitatem, videamus: 'Juro ego ad haec sancta Dei evangelia, quod a modo ero fidelis huic, sicut debet esse vasallus domino, nec id, quod mihi sub nomine fidelitatis commiserit, pandam alii ad ejus detrimentum me sciente'. Si vero domesticus, id est familiaris, ejus sit, cui jurat, aut si ideo jurat fidelitatem, non quod feudum habeat sed quia sub jurisdictione ejus sit, cui jurat, nominatim vitam, membrum, mentem et illius rectum honorem jurabit.

VI. DE FORMA FIDELITATIS.

In epistola Philiberti episcopi in decretis causa XXII<sup>4)</sup>. De forma fidelitatis aliquid scribere

1) *Libr. cons. Med. l. c.* 'Illud autem scire oportet quod investitura praecedit fidelitatem et post investituram fidelitatem vasallus jurare cogitur'.

2) *De domesticis seu familiaribus* vide Waitz, 'D. V. G.' tom. V p. 300. 434.

3) *Cfr. Libr. cons. Med. Rubr. 28.*

4) *c. 18 C. 22 qu. 4.*

*II, Tit. 4. 5. 6.*

AECEDE DE-  
JUM INVESTI-  
FIDELITAS.

investitura praefidelitatem an fide-  
um, quaesitum scio.  
nsum est, investi-  
raeceedere fidelita-  
delitatem dicimus  
uod a vasallo praef-

ER VASALLUS  
BEAT FIDELI-  
TEM.

em debeat jurare  
atatem, videamus:  
haec sancta Dei  
a modo ero fide-  
lebet esse vasallus  
quod mihi sub no-  
commiserit, pan-  
is detrimentum me-  
ero domesticus, id  
ejus sit, cui jurat,  
at fidelitatem, non  
abeat sed quia sub  
jus sit, cui jurat,  
m, membrum, men-  
ectum honorem ju-

FORMA FIDELI-  
ATIS.

Philiberti episcopi  
usa XXII<sup>4</sup>). De  
s aliquid scribere  
d investitura praecedit  
ogitur'.  
tom. V p. 300. 434.  
22 qu. 4.

*Antiqua Tit. VIII.*

*Vulgata Lib. II, Tit. 6, 7.*

monitus haec vobis, quae sequun-  
tur, breviter ex librorum auto-  
ritate notavi. Qui domino suo  
fidelitatem jurat, ista sex in me-  
moria semper habere debet: in-  
colume, tutum, honestum, utile,  
facile, possibile. Incolume, ne  
sit in damno domino suo de cor-  
pore suo; tutum, ne sit ei in  
damno de secreto suo vel de  
munitionibus suis, per quas tutus  
esse potest; honestum, ne sit ei  
in damno de sua justitia vel de  
alii causis, quae ad honestatem<sup>15</sup>  
ejus pertinere noscuntur; utile,  
ne sit ei in damno de suis pos-  
sessionibus; facile vel possibile,  
ne id bonum, quod dominus suus  
facere poterat leviter, faciat ei<sup>20</sup>  
difficile neve id, quod possibile  
ei erat, faciat impossibile. Ut  
fidelis haec documenta<sup>1)</sup> caveat,  
justum est. Sed quia non suffi-  
cit abstinere a malo, nisi faciat,<sup>25</sup>  
quod bonum est, restat, ut in sex  
praedictis consilium et auxilium  
domino praestet, si beneficio vult  
dignus videri et de fidelitate esse  
salvus, quam ei juravit. Dominus<sup>30</sup>  
quoque in his omnibus vicem fi-  
deli suo reddere debet. Quod si  
non fecerit, merito censebitur  
malefidus, sicut ille, qui in eorum  
praevaricatione vel faciendo vel<sup>35</sup>  
consentiendo deprehensus fuerit  
perfidus et perjurus.

#### VII. DE NOVA FIDELITATIS FORMA.

Est et alia de novo super fide-<sup>40</sup>  
litatis juramento forma inventa

1) documenta *Corp. jur. can. rectius.*

*Antiqua Tit. VIII.*

5

10

15

20

25

30

35

40

*Vulgata Lib. II, Tit. 7.*

et utentium approbata consuetudine, quae hodie in omni fere curia videtur obtinere, haec scilicet: 'Ego Titius juro super haec sancta Dei evangelia, quod ab hac die in antea usque ad ultimum diem vitae meae ero fidelis tibi Caio, domino meo, contra omnem hominem excepto imperatore vel rege<sup>1)</sup>). Quod verbum<sup>2)</sup>, si recte intelligatur, nulla quidem indiget adjectio, sed integrum et perfectam in se continet fidelitatem. Sed propter simplices et nominis significationis ignaros ad illius verbi interpretationem hoc adjici solet. 'Id est juro, quod nunquam scienter ero in consilio vel in auxilio vel in facto, quod tu amittas vitam vel membrum aliquod vel quod tu recipias in persona aliquam laesio nem vel injuriam vel contumeliam vel quod tu amittas aliquem honorem, quem nunc habes vel in antea possidebis. Et si scivero vel audivero de aliquo, qui velit aliquid istorum contra te facere, pro posse meo, ut non fiat, impedimentum praestabo, et si impedimentum praestare nequivero, quam cito potero, tibi nuntiabo et contra eum, prout potero, tibi meum auxilium praestabo. Et si contingit, te rem aliquam, quam habes vel habebis, injuste vel fortuito casu amittere, eam recuperare jurabo et recuperatam omni tempore retinere. Et si scivero,

1) *Cfr. infra II. 54 § 8 et Pertile op. cit IV § 168 N. 77.*2) *scilicet fidelis.*

. II, Tit. 7.  
 robata consuetu-  
 in omni fere cu-  
 nere, haec scili-  
 juro super haec  
 elia, quod ab hac  
 que ad ultimum  
 ero fidelis tibi  
 o, contra omnem  
 imperatore vel  
 verbum<sup>2</sup>), si recte  
 a quidem indiget  
 integrum et per-  
 tinet fidelitatem.  
 plices et nominis  
 gnaros ad illius  
 tionem hoc adjici  
 juro, quod nun-  
 ro in consilio vel  
 facto, quod tu  
 vel membrum ali-  
 recipias in per-  
 sionem vel inju-  
 meliam vel quod  
 m honorem, quem  
 in ante posside-  
 ero vel audivero  
 relit aliquid isto-  
 acere, pro posse-  
 t, impedimentum  
 si impedimentum  
 vero, quam cito  
 tiabo et contra  
 tero, tibi meum  
 abo. Et si con-  
 liquam, quam ha-  
 , injuste vel for-  
 tere, eam recupe-  
 recuperatam omni-  
 . Et si scivero,

*Antiqua Tit. VIII, c. 12. 13.*

*Vulgata Lib. II, Tit. 7. 8.*  
 te velle juste offendere aliquem  
 et inde generaliter vel specialiter  
 fuero requisitus, meum tibi, sicut  
 potero, praestabo auxilium. Et si <sup>5</sup>  
 aliquid mihi de secreto manifes-  
 taveris, illud sine tua licentia  
 nemini pandam vel, per quod pan-  
 datur, faciam. Et si consilium  
 mihi super aliquo facto postula-<sup>10</sup>  
 veris, illud tibi dabo consilium,  
 quod mihi videbitur magis expe-  
 dire tibi. Et nunquam ex per-  
 sona mea aliquid faciam scienter,  
 quod pertineat ad tuam vel tuo-<sup>15</sup>  
 rum injuriam vel contumeliam'.  
 § 1. Investitura vero facta et  
 fidelitate subsecuta omnimodo co-  
 gatur dominus, investitum in va-  
 cuam possessionem mittere. Quod-<sup>20</sup>  
 si differat, omnem utilitatem ei  
 praestabit.

12. Investitura vero facta et  
 fidelitate subsecuta omnimodo co-  
 gitur dominus, investitum in va-  
 cuam possessionem mittere. Quod  
 si differat, omnem utilitatem praes-  
 stabit.

13. Cum de re aliena vel alii  
 obligata fiat investitura, illud di-  
 stinguitur, utrum scienti an igno-  
 ranti facta sit. Qui enim rei  
 alienae sciens investitram susci-  
 pit, nisi pacto speciali sibi pro-  
 spexerit, de evictione agere non  
 potest, ignorans vero recte agit,  
 ut aliud ejusdem quantitatis seu  
 bonitatis ei praestetur. Sed in  
 eo nulla est differentia, qui in-  
 vestitram fecit, si sciverit an igno-  
 raverit<sup>1</sup>.

VIII. DE INVESTITURA DE  
RE ALIENA FACTA.

Cum de re aliena vel alii ob-<sup>25</sup>  
 ligata fiat investitura, illud di-  
 stingui debet, utrum scienti an  
 ignorant facta sit. Qui enim  
 rei alienae sciens investitram  
 suscepit, nisi pacto speciali sibi<sup>30</sup>  
 prospexerit, de evictione agere  
 non potest, ignorans vero recte  
 agit, ut aliud ejusdem boni-  
 tatis seu quantitatis ei praes-  
 stetur. Sed in eo nulla est dif-<sup>35</sup>  
 ferentia, qui investitram fecit,  
 utrum sciverit an ignoraverit.

1) *Liber. cons. Mediol. l. c.* 'Sed si rem alienam vel alii pignori obligatam in  
 feudum alicui ignorantis dederit et ei evicta fuerit denuntiatione legitime inter-  
 posita, aliam rem aequa bonam dominus dare cogitur sive ignoraverit sive sciverit<sup>40</sup>  
 dominus rem alienam sive pignori obligatam in feudum dedit. Si vero sciens alie-

*Antiqua Tit. VIII, c. 14. 15.*

14. Rei autem per beneficium recte investitae vasallus habet potestatem, ut tanquam dominus a quolibet possessore possit quasi vindicare et, si ab alio ejusdem rei nomine conveniatur, defensionem opponere. Nam et servitutes eidem rei debitas potest petere et retinere. Quid ergo si pretio vel dolo aut incuria servitutem rei beneficiariae imponi patiatur et ad dominum postea beneficium qualibet ratione revertatur, an ex eo praejudicium domino generetur, quae situm fuit. Et responsum est, ut vasallo quidem, donec feudum tenet, possit obesse, domino autem, etiamsi per longa tempora perseveraverit, servitus minime noceat<sup>1)</sup>.

15. E contrario, si quid feudo a vasallo additum sit, si quidem tale sit, quod adjectum est, quod per se subsistere possit, id est ut per se censeatur ut praedium, id non accrescit feudo. Si vero per se non potest subsistere ut servitus, plerisque placet feudo accedere et sicut partem feudi disponendam esse<sup>2)</sup>. Meliorem

*Vulgata Lib. II, Tit. 8.*

§ 1. Rei autem per beneficium recte investitae vasallus hanc habeat potestatem, ut tanquam dominus possit ab omni possidente quasi vindicare et, si ab alio ejusdem rei nomine conveniatur, defensionem opponere. Nam et servitutes ejusdem rei debitas petere potest et retinere. Quid ergo si pretio vel dolo vel incuria servitutem rei beneficiariae imponi patiatur et ad dominum ex aliqua causa posse beneficium revertatur, an ex eo praejudicium domino generetur quae situm fuit. Et responsum est, ut vasallo quidem, donec feudum tenet, possit obesse, domino autem, etsi per longa tempora servitus perseveraverit, non noceat. § 2. E contrario, si quid feudo a vasallo additum sit, si quidem tale sit, quod per se subsistere possit, id est ut per se censeatur, ut praedium, id non accrescit feudo. Si vero per se non possit subsistere, ut servitus, plerisque placet, feudo accedere et sicut partem feudi disponendam esse. Meliorem

nam rem vel pignori obligatam in feudum acceperit contra dominum agere non poterit nisi sibi forte pro evictione pacto speciali prospexerit'. *Constitutum usus Pisanae civitatis* (*Bonaini op. cit. p. 968*). *Cfr. l. 27 Cod. 8, 46.*

35 1) *Libr. cons. Mediol. l. c.* 'Rei autem investitae per feudum vasallus hanc facultatem habet ut a quoconque possessore illam vindicare possit, et ab alio conventus defensionem opponere, et servitutem debitam recte potest petere et retinere. Verum si dolo vel pretio servitutem rei in feudum datae sibi imponi patiatur, et postea dominus ex qualibet justa causa revertatur, an domino praejudicium generetur quaeritur. Dicimus quod nullum per vasallum potuit domino praejudicium generari etiamsi per longa tempora hoc factum inveniatur'. *Cfr. constitutum usus Pisanae civitatis* (*Bonaini op. cit. p. 969*).

2) *Cfr. supra tit. I c. 7.*

*z Lib. II, Tit. 8.*  
 autem per beneficiae investitae vasallus t potestatem, ut tantius possit ab omni quasi vindicare et, ejusdem rei nomine r, defensionem oppo et servitutes ejusdem petere potest et reuid ergo si pretio vel incuria servitutem rei imponi patiatur et m ex aliqua causa possum revertatur, an ex cium domino generetur fuit. Et responsum allo quidem, donec feudo possit obesse, domino si per longa tempora perseveraverit, non no . E contrario, si quid assallo additum sit, si e sit, quod per se subsistit, id est ut per se ut praedium, id non feudo. Si vero per se possit subsistere, ut plerisque placet, feudo et sicut partem feudi am esse. Meliorem

contra dominum agere non spexerit'. *Constitutum usus Cod. 8, 46.*  
 per feudum vasallus hanc vindicare possit, et ab alio in recte potest petere et refeudum datae sibi imponi revertatur, an domino praecipue vasallum potuit domino hoc factum inveniatur'. *Cfr. 969).*

*Antiqua Tit. VIII, c. 15.*  
 namque feudi conditionem facere potest, deteriorem vero sine domini voluntate vel eorum agnatorum, ad quos per successionem pertinet, non potest. Quamvis enim ad eum per beneficium pertineat, tamen proprietas ad alium spectat; et ideo quartae sive tertiae ratione, quae a Longobardis<sup>1)</sup> seu Romanis viris uxoribus fieri solet, post mortem viri nihil ad mulierem pertinet<sup>2)</sup>). Nam nec pignus, quod consultum dicitur<sup>3)</sup>, ex feudo fieri potest. § 1. Est enim optima consuetudine interdicta feudi alienatio, super qua multae et diversae in singulis civitatibus seu curiis dabuntur sententiae<sup>4)</sup>, donec imperator divinae memoriae tertius Lotharius super hoc novam promulgavit sanctionem, quae posita est in titulo<sup>5)</sup> de beneficiis. Necessitate namque suadente poterat olim va-

*Vulgata Lib. II, Tit. 8. 9.*  
 namque feudi conditionem facere potest, deteriorem vero sine domini voluntate vel eorum agnatorum, ad quos per successionem pertinet, facere non potest. Quamvis enim per beneficium ad eum pertineat, tamen proprietas ad alium spectat; et ideo quartae sive tertiae ratione, quae a Lombardis seu Romanis viris uxoribus fieri solet, post mortem viri ad uxorem nihil pertinet. Nam nec pignus, quod consultum dicitur, ex feudo fieri potest.

#### IX. QUALITER OLIM FEUDUM POTERAT ALIENARI.

Est autem optima consuetudine<sup>20</sup> interdicta feudi alienatio. Super qua multae et diversae sententiae dabuntur in singulis civitatibus seu curiis, donec imperator divae memoriae Lotharius tertius super<sup>25</sup> hoc novam promulgavit constitutionem, quae posita est in titulo de beneficiis. Necessitate namque suadente poterat olim va-

1) *Cfr. R. Schroeder, Geschichte des ehelichen Güterrechts in Deutschland, I p. 84—89 et Pertile, Storia III p. 319, Liutpr. leges l. 7, Aistulfi leges l. 14, Lombarda vulg. II Tit. 4 l. 1 et 4. Liber consuetud. Mediol. Rubr. 17* 'Illud autem praetereundum non est quod quarta debeatur mulieri secundam nostram consuetudinem etiamsi constituta non fuerit'. *De tercia vid. Mon. Germ. Leg. Fol. IV p. 595, 582; Cod. dipl. Langobard. Nr. 494, 681; Statuta communis Cumarum (Mon. hist. patriae XVI, 1 p. 75, 310); Statuta communis Vercellarum § 153 (Mon. hist. patriae XVI, 2 p. 1149), Pertile o. c. p. 334.* 2) *Liber consuetud. Mediolan. Rubr. 17* 'Mulier quartam duntaxat de rebus propriis habere debet et non de libellariis vel feudis'. 3) *Verbum 'consultatio', 'consultare', occurrit in libro consuetud. Mediolanensium Rubr. 28, ubi significat permutationem. Cfr. de hoc verbo Pertile, Storia III, p. 347 N. 93, Berlan, Le due edizioni p. 201 N. 2.*

4) *De jure veteri vide supra tit. II § 1, tit. V c. 3, tit. VI c. 6.*

5) *scilicet Lombardae (vulg. III Tit. 8).*

*Antiqua Tit. VIII, c. 15.*

sallus domino inscio vel invito feudi partem<sup>1)</sup> vendere retenta scilicet alia parte. Si vero vel totum vel partem per feudum volebat investire, licebat ei hoc sine fraude facere<sup>2)</sup>. Sive autem domino dissentiente vendebat sive per feudum investiebat — quod et ipsum hodie sincere et sine fraude licet ei facere — si tamen sine herede masculo descendente decedebat vel feudum in manu domini refutabat aut alia ratione, culpa forte intercedente, dimittebat, tunc omnis feudi alienatio ad irritum devocabatur, eo excepto quod ille, qui secundo loco beneficium acceperat, non amittebat, si priori domino servire et ab eo recognoscere feudum volebat. Donare autem seu pro anima judicare<sup>3)</sup> vel in dotem pro filia dare nullius poterat consuetudine curiae, licet possit locare, nisi locatio sit fraudulenta alienatio, sicut est ‘per libellum’, ut dicunt, venditio. Quis enim dubitat, quod libellario nomine sub vilissima duorum denariorum pensione<sup>4)</sup> perpetuo conceditur utendum, in fraudem esse alienatum? Porro sive de bona consuetudine sive

*Vulgata Lib. II, Tit. 9.*

sallus domino inscio vel invito feudi partem vendere retenta videlicet alia parte. Si vero vel totum vel partem volebat per feudum aliquem investire, licebat hoc ei sine fraude facere. Sive autem dissentiente domino vendebat sive per feudum investiebat — quod et ipsum sincere hodie et sine fraude licet ei facere — si tamen sine herede masculo descendente decedebat vel feudum in manu domini refutabat aut alia ratione, culpa forte intercedente, amittebat, tunc omnis feudi alienatio ad irritum devocabatur, eo excepto quod ille, qui secundo loco beneficium acceperat, non amittebat, si priori domino servire et ab eo feudum recognoscere volebat. Donare autem aut pro anima judicare vel in dotem pro filia dare nullius curiae poterat consuetudine, licet posset locare, nisi locatio esset fraudulenta alienatio, sicut est ‘per libellum’, ut dicatur, venditio. Quis enim dubitat, quod libellario nomine sub vilissima duorum denariorum pensione perpetuo conceditur utendum, in fraudem esse alienatum? Porro sive de bona consuetudine sive

<sup>35</sup> 1) i. e. usque ad medietatem.

2) Cfr. supra tit. V c. 3 N. b. Sed respiciendi sunt tit. I c. 4 et tit. III, secundum quos feuda minimorum valvasorum re vera feuda non erant.

Liutpr. leges l. 101, Aregis pr. capitula, c. 14. 3) i. e. pro salute animae dare. Vide pensionem multis locis solitam tenentis libellarium terram fuisse, testatur documentum de a. 1143 (Mon. histor. patriae II N. 202; cfr. ibid. N. 206 et Pertile o. c. IV p. 315 N. 100).

*ib. II, Tit. 9.*  
 inscio vel invito vendere retenta parte. Si vero vel rem volebat per investire, licebat aude facere. Sive domino venie feendum investie et ipsum sincere fraude licet ei faci men sine herede ndente decebat manu domini reia ratione, culpa nte, amittebat, tunc ienatio ad irritum eo excepto quod do loco beneficium amittebat, si prior et ab eo feendum volebat. Donare o anima judicare pro filia dare nul- erat consuetudine, care, nisi locatio ta alienatio, sicut n', ut dicatur, ven- im dubitat, quod ne sub vilissima riorum pensione ditur utendum, in lienatum? Porro consuetudine sive

*Antiqua Tit. VIII, c. 15, 16.*  
 de prava quaeramus, concessum erat domino pro aequali pretio redemptio, nisi amiserat hoc jus per refutationem vel annali silentio, ex quo sciverit, computando<sup>1)</sup>. Praescriptione autem triginta annorum submovebatur tam sciens quam ignorans. In prohibendo autem vel redimendo potior erat proximus agnatus quam dominus, si tamen feendum erat paternum. § 2. De illa vero feudi alienatione, quae a domino fit, si dubitetur, lex imperatoris Conradi consulatur, quae posita est in dicto titulo de beneficiis.

*Vulgata Lib. II, Tit. 9, 10.*  
 de prava quaeramus, concessa erat domino pro equali pretio redemptio, nisi hoc beneficium amiserit per refutationem vel annali silentio, ex quo sciverit, computando. Praescriptione autem triginta annorum submovebatur tam sciens quam ignorans. In prohibendo autem vel redimendo potior erat proximi agnati quam domini conditio, si tamen feendum erat paternum. § 1. De illa vero feudi alienatione, quae a domino fit, si dubitetur, lex imperatoris Conradi consulatur, quae posita est in jam dicto titulo de beneficiis.

## X. QUIS DICATUR DUX, MARCHIO, COMES SIVE CA-<sub>20</sub> PITANEUS VEL VALVASOR.

16. Qui a principe de ducatu aliquo investitus est, dux solito more vocatur<sup>2)</sup>. Qui vero de marchia, marchio dicitur. Dicitur autem marchia, quia cata<sup>3)</sup>, hoc est juxta, mare plerumque sit posita. Qui vero de comitatu aliquo investitus sit, comes appellatur. Qui vero vel a principe vel ab aliqua potestate de plebe aliqua aut plebis parte per

1) *Cfr. supra tit. VII c. 5.* 2) *Vide ad hoc caput v. Bethmann-Hollweg 'Ursprung der lombardischen Städtefreiheit' p. 135—142, v. Savigny 'Geschichte des röm. Rechts im Mittelalter' ed. 2 tom. III p. 104 sgg. et ibi citatos; 35 Laspeyres p. 163 sgg.; Bresslau 'Jahrbücher des deutschen Reiches unter Konrad II.' tom. II 1884 p. 200 sgg. Pertile III § 95. 3) *De verbo 'cata'* ( *nærtæ*) *vide* *Ducange s. h. v. et G. Körting 'Lateinisch-romanisches Wörterbuch'* 1891 *s. h. v. Ardizo Cap. X:* 'et dicitur Marchia, quia circa, id est, iuxta mare posita'. 4) *mari cara?**

*Antiqua Tit. VIII, c. 16.*

feudum fuerit investitus, is capitaneus appellatur, qui proprius valvassor major olim dicebatur<sup>1)</sup>.  
 5 Qui vero a capitaneis antiquitus beneficium tenent, valvassores sunt<sup>2)</sup>. Qui autem a valvassoribus feudum, quod a capitaneis tenent, per feudum similiter acciperint, valvasini, id est valvassores minores<sup>3)</sup>, dicuntur. Qui antiquo quidem usu nullam feudi consuetudinem habebant. Valvassore enim sine filio mortuo  
 15 feendum, quod valvasino dederat, ad capitaneum revertebatur<sup>4)</sup>. Sed hodie eodem jure utitur, quo et valvassores<sup>5)</sup>. Ceteri vero, qui beneficium ab antiquis temporibus non tenent, licet noviter a capitaneis seu valvassoribus adquisierint, plebeji<sup>6)</sup> nihilominus sunt. Nam et illi, qui solidatam habuerint vel acceperint,  
 25 per eam nullum paradegum sed nec feudi usum adquirunt. Solidata autem est praestatio quae-dam annua et gratuita, quae a neutra parte transit in heredes;  
 30 morte enim dantis vel accipientis interveniente finitur. Solidata vero dicitur, quia plerumque in solidorum datione consistit, quandoque enim in vino et annonae<sup>7)</sup>.

*Vulgata Lib. II, Tit. 10.*

feudum investitus est, is capitaneus appellatur, qui proprius valvassor major olim dicebatur. Qui vero a capitaneis antiquitus feendum, quod a capitaneis habebatur, similiter acceperint, valvasini, id est minores valvassores, appellantur. Qui antiquo quidem usu nullam feudi consuetudinem habebant. Valvasore enim sine filio mortuo feendum, quod valvasino dederat, ad capitaneum revertebatur. Sed hodie eodem jure utuntur in curia Mediolanensi, quo et valvassores. Ceteri vero, qui ab antiquis temporibus beneficium non tenent, licet noviter a capitaneis seu valvassoribus adquisierint, plebeji nihilominus sunt. Nam et hi, qui solidatam acceperunt vel habuerunt, per eam nullum paradegum sed nec feudi usum acquirunt. Solidata autem est praestatio quae-dam annua et gratuita, quae a neutra parte transit in heredem. Morte enim dantis vel accipientis finitur. Solidata vero dicitur, quia plerumque in solidorum datione consistit, quandoque enim in vino et annonae consistit.

35 1) *Supra tit. I c. 1, tit. III.*

2) 'Valvassores minores' *titulorum I,*

*III, VI.*

3) 'Valvassores minimi' *titulorum III et VI.*

4) *Cfr. supra*

*tit. I c. 4, tit. III.*

5) *Cfr. supra tit. III in fine et R. Schroeder 'Lehrbuch der deutschen Rechtsgeschichte' p. 389, Pertile Storia III p. 142.*

6) *i. e.*

*homines qui nullam feudi consuetudinem habent.*

*Cfr. Hegel 'Geschichte der Städte-*

*verfassung von Italien' tom. II p. 145, Waitz 'D. V. G.' V p. 187. 403.*

7) *Cfr. Du Cange v. 'Solidata', Waitz op. c. VIII p. 165.*

*ib. II, Tit. 10.*  
 titus est, is ca-  
 latur, qui proprie  
 r olim dicebatur.  
 capitaneis antiquitus  
 , valvasores sunt.  
 valvasoribus feu-  
 capitaneis habeba-  
 acceperint, valva-  
 minores valvasores,  
 Qui antiquo quidem  
 uidi consuetudinem  
 valvasore enim sine  
 feudum, quod val-  
 , ad capitaneum  
 Sed hodie eodem  
 in curia Mediola-  
 valvasores. Ceteri  
 antiquis temporibus  
 tenent, licet no-  
 neis seu valvasori-  
 , plebeji nihil  
 Nam et hi, qui sol-  
 uit vel habuerunt,  
 in paradegium sed  
 n acquirunt. Sol-  
 t praestatio quae-  
 gratuita, quae a  
 transit in heredem.  
 tis vel accipientis  
 ta vero dicitur,  
 in solidorum da-  
 quandoque enim  
 ona consistit.

minores' titulorum I,  
 4) *Cfr. supra*  
*Schroeder 'Lehrbuch*  
 142. 6) *i. e.*  
*geschichte der Städte-*  
*p. 187. 403.*  
 165.

*Antiqua Tit. VIII, c. 17.*

*Vulgata Lib. II, Tit. 11.*

#### XI. DE GRADIBUS SUCCE- DENDI IN FEUDUM.

17. Per successionem quoque sicut per investituram beneficium ad nos pertinet. Mortuo enim eo, qui beneficium tenebat, prima causa est liberorum<sup>1)</sup>. Filiis enim existentibus masculis vel ex filio nepotibus vel deinceps per masculinum sexum descendantibus ceteri removentur agnati. Ad filias vero seu neptes seu proneptes aut ex filia nepotes seu proneptes successio feudi non pertinet. Proles enim feminini sexus vel ex feminino sexu descendens ad hujusmodi successionem aspirare non potest, nisi ejus conditionis sit feudum vel eo pacto adquisitum<sup>2)</sup>. His vero deficientibus vocantur primo fratres cum fratribus praemortuorum filiis<sup>3)</sup>, deinde agnati ulteriores. Quod ita est intelligendum, si feudum sit paternum, hoc est si fuit ejus parentis, qui fuit illius agnationis. Si enim Titii avus de novo beneficio fuerit investitus, Titio sine legitimo herede masculo defuncto, ejus feudi successio non pertinet ad ejus Titii patrum magnum nec ad prolem ex eo descendenter, immo revertitur ad dominum. Ad cognatos autem beneficium non pertinet et

Per successionem quoque sicut per investituram beneficium ad nos pertinet. Mortuo enim eo, qui beneficium tenebat, prima causa liberorum est. Filiis enim existentibus masculis vel ex filio nepotibus vel deinceps per masculinum sexum descendantibus ceteri removentur agnati. Ad filias vero seu neptes vel proneptes vel ex filia nepotes seu proneptes successio feudi non pertinet. Proles enim feminini sexus vel ex feminino sexu descendens ad hujusmodi successionem aspirare non potest, nisi ejus conditionis sit feudum vel eo pacto adquisitum. His vero deficientibus vocantur primo fratres cum fratribus praemortuorum filiis, deinde agnati ulteriores. Quod ita intelligendum est, si feudum sit paternum, hoc est si fuit illius parentis, qui ejus fuit agnationis communis. Si enim Titii avus de novo beneficio fuerit investitus, Titio sine legitimo herede masculo defuncto, ejus feudi successio non pertinet ad ejusdem Titii patrum magnum nec ad prolem ex eo descendenter, immo revertitur ad dominum. Ad cognatos autem beneficium

1) *Cfr. § 2 Inst. 2, 19.*

2) *Lib. cons. Mediol. Rubr. 29: 'De masculinis tantum successionibus credendum est dominum sensisse nisi manifeste contrarium probetur. Proles enim feminina seu feminini sexus ad successionem feudorum aspirare non debet'.*

3) *Cfr. Constitutum usus Pisanae civitatis (Bonanini II p. 958).*

*Antiqua Tit. VIII, c. 17. 18. 19.*  
 successio. Si vero dominus vel alius beneficium defuncti novum esse dicat, agnatus autem paternum esse contendat, tunc onus probationis incumbit illi, qui novum dicit<sup>1)</sup>. Sed scio aliter pronuntiatum. Bonus tamen judex causa cognita diligenter intuebitur, cuius potius jurejurando dirimenda sit haec quaestio, scilicet in probatione deficiente utroque.

*Vulgata Lib. II, Tit. 11. 12.*  
 successio non pertinet. Si vero dominus vel alius beneficium defuncti novum esse dicat, agnatus autem illius proximus paternum esse contendat, tunc onus probationis incumbit illi, qui novum dicit. Sed scio, aliter pronuntiatum esse. Bonus autem judex causa cognita diligenter intuebitur, cuius potius jurejurando dirimenda sit haec quaestio, utroque scilicet in probatione deficiente.

## XII.

DE FRATRIBUS DE NOVO  
BENEFICIO INVESTITIS.

18. Si duo fratres non de paterno beneficio, sed novo simul investiti fuerint, uno sine herede defuncto ad alium non pertinet ejus portio, nisi investitura sit facta eo pacto<sup>2)</sup>.

19. Si duo fratres in communia casa post mortem patris remanserint, id est simul habitaverint, et unus eorum feudum adquisierit, plerique dicunt, ad alium non pertinere neque vivente eo, qui adquisivit, neque post mortem ejus; fructus tamen erit communis, donec simul habitaverint. Quodsi cum equis vel armis communibus<sup>3)</sup> sit adquisitum, adhuc idem dicunt, ne forte invitus do-

Si duo fratres de novo beneficio et non de paterno simul investiti fuerint, uno sine herede defuncto, ad alterum non pertinet ejus portio, nisi facta sit eo pacto investitura. § 1 Si duo fratres in casa communi post mortem patris remanserint, id est simul habitaverint, et unus eorum feudum adquisierit, plerique dicunt, ad alium non pertinere neque vivente eo, qui adquisierit, neque post mortem ejus; fructus tamen erunt communes, donec simul habitaverint. Quodsi cum equis et armis communibus vel pecunia communis sit adquisitum, adhuc idem dicunt, ne forte invitus dominus

1) *Cfr. supra tit. I c. 6 § 3, tit. V c. 2 et l. 2 D. 22, 3:* ‘Ei incumbit probatio qui dicit non qui negat’- 2) *Cfr. supra tit. I c. 2, tit. IV c. 1, tit. VI c. 3, infra c. 25 et tit. IX c. 3.* 3) *Cfr. legem Conradi ‘servato usu maiorum varvassorum in dandis equis et armis suis senioribus’, R. Schroeder ‘Lehrbuch der deutschen Rechtsgeschichte’ 1894 p. 393 N. 24.*

. II, Tit. 11. 12.  
pertinet. Si vero  
ius beneficium de-  
sse dicat, agnatus  
proximus paternum  
, tunc onus pro-  
bit illi, qui novum  
io, aliter pronun-  
Bonus autem judex  
. diligenter intue-  
potius jurejurando  
haec quaestio, utro-  
n probatione defi-

## XII. IBUS DE NOVO O INVESTITIS.

tres de novo bene-  
e paterno simul in-  
, uno sine herede  
lterum non pertinet  
si facta sit eo pacto  
1 Si duo fratres in  
post mortem patris  
id est simul habita-  
us eorum feudum ac-  
erique dicunt, ad  
tinere neque vivente  
isierit, neque post  
fructus tamen erunt  
onec simul habitave-  
cum equis et armis  
vel pecunia communi-  
m, adhuc idem di-  
te invitus dominus

22,3: 'Ei incumbit pro-  
c. 2, tit. IV c. 1, tit. VI  
onradi 'servato usu ma-  
us', R. Schroeder 'Lehr-

*Antiqua Tit. VIII, c. 19. 20. 21.*  
minus alium, quam quem voluerit,  
adquirat vasallum, dum tam-  
en meminerimus, id, quod de  
communi est expensum, pro parte  
competenti alteri est restituendu-  
m<sup>1</sup>).

*Vulgata Lib. II, Tit. 12. 13. 14.*  
alium, quam quem voluerit, sibi  
acquirat vasallum, dum tamen  
meminerimus, id, quod de com-  
muni expensum est, alteri pro  
parte competenti esse restituendu-  
m.

## XIII.

### DE INVESTITURA, QUAM TITIUS ACCEPIT A SEM- PRONIO.

A Sempronio talem feudi in-  
vestituram accepit Titius, 'ut ha-  
beret ipse heredesque sui le-  
gitimi masculi et his deficienti-  
bus feminae'. Porro Titius super-  
stite tantum filia decessit. Ipsa  
a domino investita fuit, feudum  
in dotem dedit, marito superstite  
sine liberis decessit. Quaereba-  
tur, si ad maritum feudum per-  
tinebat. Responsum est, non per-  
tinere<sup>2</sup>.

20. Titius a Sempronio talem  
feudi investituram accepit, 'ut  
haberet ipse heredesque sui le-  
gitimi masculi et his deficienti-  
bus feminae'. Porro Titius super-  
stite tantum filia decessit. Ipsa  
a domino investita fuit et feu-  
dum in dotem dedit maritoque  
superstite sine liberis decessit.<sup>20</sup>  
Quaerebatur, si ad maritum suc-  
cessio feudi pertineat. Respon-  
sum est, non pertinere.

### XIV. DE VASALLO DECRE- PITAE AETATIS, QUI BENE- FICIUM REFUTAVIT, UT FILII INVESTIRENTUR.

Quidam vasallus, cum decrepi-  
tae aetatis esset, feudum suum  
in manu domini ad hoc refutavit,  
'ut Sempronium et Seium, filios  
suos, de eodem beneficio investi-  
ret'. Vasallo mortuo Sempronius  
sine legitimo herede decessit  
Seio superstite. Lis est in-  
-

1) Cfr. supra tit. II § 4, tit. VI c. 9 et Lomb. vulg. II Tit. 14 l. 11.

2) Supra tit. VI c. 4; Lib. cons. Med. Rubr. 29 'Et si foemina ad quam  
feudum per successionem vel investituram pervenit, illud in dotem marito suo de-  
dit, illa defuncta maritus in beneficio non succedit, sed ad dominum revertitur, si  
absque filiis decesserit, nisi in contrarium fuerit actum in ipsa investitura, ut ma-  
ritus succederet, quod raro accidit'.

*Antiqua Tit. VIII, c. 21. 22.*  
 ter dominum, tanquam novum feudum delatum sibi esse dicentem, et Seium paternum esse contendenter. Eorum sententia praevaluit, qui dixerint, quamvis refutatum, nihilominus paternum esse<sup>1)</sup>.

10

*Vulgata Lib. II, Tit. 14. 15.*  
 ter dominum, tanquam novum feudum sibi delatum esse dicentem, et Seium paternum esse contendenter. Et eorum sententia praevalebit, qui dixerunt, hoc feudum, quamvis refutatum, nihilominus esse paternum<sup>2)</sup>.

## XV. DE INVESTITURA IN MARITUM FACTA.

22. Vasallus superstite una tantum filia decessit. Ipsa maritum accepit, cui dominus accepta pecunia partem feudi, quod pater<sup>15</sup> puellae habebat, retenta sibi altera parte dedit. Nunc quidam agnatus defuncti cum marito agit dicendo, totum feudum hoc esse paternum et ideo ad se devolutum. E contra maritus contendit, hanc partem, quam ipse habet, novum esse feudum et ideo domino apertum. Quaeritur igitur, utrum apud eundem dominum et in ejus curia cogatur agnatus defuncti litigare an apud

Vasallus una tantum filia superstite decessit, illa vero maritum accepit, cui dominus accepta pecunia partem feudi, quod pater puellae habebat, retenta sibi altera parte dedit. Sed nunc quidam agnatus defuncti cum marito agit dicendo, totum hoc feudum esse paternum et ideo ad se devolutum. E contra maritus contendit, hanc partem, quam ipse habet, novum esse feudum et ideo domino apertum. Quaeritur igitur, utrum apud eundem dominum et in ejus curia cogatur agnatus defuncti litigare an apud

1) *Liber cons. Mediol. Rubr.* 29 'Porro si vasallus habens unum vel plures filios feudum suum paternum, et antiquum domino refutavit, ut de illo filii a domino investirentur sive ex hoc expressim vel tacite fuerit actum ab initio, et investiti fuerint; uno illorum defuncto sine filiis non ad dominum pars morientis reddit quasi novum feudum sed ad alterum fratrem vel ad proximos agnatos non obstante refutatione vel nova investitura tanquam vetus et antiquum revertitur'.

2) *Baldus super feudis addit ex 'quibusdam libris antiquis'* tale capitulum, quod ex constituto usus Pisanae civitatis eum hausisse editio v. cl. Bonaini (II, p. 958) docet: 'Si aliquis feudum habuerit, et aliquod conventum aut refutationem fecerit domino aut alicui persone, quod vel que nocere videatur ei qui succedere in feudum debebat, tale conventum aut refutatio ei qui succedere in feudum debet non noceat. Excipimus patrem qui feudum acquisierit, nisi in hodum filii vel nepotis fecerit'. *Nec mirum est, cum Baldus in civitate Pisana docuerit* (v. Savigny, *Ge-40 schichte VI* p. 219).

*II, Tit. 14. 15.*  
tanquam novum  
elatum esse dicen-  
paternum esse con-  
t eorum sententia  
i dixerunt, hoc feu-  
refutatum, nihilo-  
ternum<sup>2).</sup>

### VESTITURA IN JM FACTA.

a tantum filia su-  
it, illa vero mari-  
ni dominus accepta  
n feudi, quod pater  
t, retenta sibi al-  
lit. Sed nunc qui-  
efuncti cum marito  
totum hoc feudum  
et ideo ad se de-  
ntra maritus con-  
partem, quam ipse  
esse feendum et  
pertum. Quaeritur  
apud eundem do-  
ejus curia cogatur  
cti litigare an apud

abens unum vel plures  
it, ut de illo filii a do-  
actum ab initio, et in-  
minum pars morientis  
proximos agnatos non  
antiquum revertitur'.  
*is' tale capitulum, quod*  
*cl. Bonaini (II, p. 958)*  
ut refutationem fecerit  
ei qui succedere in feu-  
de in feendum debet non  
odium filii vel nepotis  
cuerit (v. Savigny, Ge-

*Antiqua Tit. VIII, c. 22. 23.*

agnati judicem vel arbitrum ex  
utriusque consensu electum de-  
beat hoc esse. Mihi autem et  
aliis judicibus magis placet, apud  
judicem ordinarium vel arbitrum,  
quam apud praedictum dominum  
hoc litigium fore terminandum.  
Item placet, agnatum non semper  
cogendum esse dicere, hoc feendum  
esse paternum, sed diversa parte  
novum esse probandum<sup>1).</sup> Qua  
deficiente in probatione tunc  
agnato, ut supra diximus, causa  
cognita detur electio, quatenus  
vel juret, esse paternum, vel al-  
teri parti referat jusjurandum,  
et ille aut juret aut taceat. Illud  
tamen sciendum est, quod si in-  
ter duos, qui dixerint, se  
esse vasallos, de feudo fuerit  
dubitatio, alter alterum invitum  
non potest trahere ad dominum  
vel ejus curiae judicium. Si vero  
dominus cum sua curia vocaverit  
eos, nemini eorum licet illius  
domini vel curiae examen decli-  
nare.

*Vulgata Lib. II, Tit. 15. 16.*

agnati judicem vel arbitrum  
utriusque consensu electum hoc  
esse debeat. Et mihi et aliis  
placet, potius apud judicem or-  
dinarium vel arbitrum, quam  
apud eundem dominum hoc litigium  
fore terminandum. Item  
placet, agnatum non semper co-  
gendum probare, hoc feendum  
esse paternum, sed ab adversa  
parte novum esse probandum;  
qua deficiente in probatione tunc  
agnato, ut supra diximus, causa  
cognita detur electio, quatenus<sup>15</sup>  
vel juret, esse paternum, vel al-  
teri parti referat jusjurandum, et  
ille aut juret aut taceat. Illud  
tamen sciendum est, quod si in-  
ter duos, qui dixerint, se esse<sup>20</sup>  
vasallos, de feudo fuerit dubita-  
tio, alter alterum invitum non  
potest trahere ad dominum vel  
ejus curiae judicium. Si vero  
dominus cum sua curia vocaverit<sup>25</sup>  
eos, nemini eorum licet illius  
domini vel ejus curiae examen  
dedignari.

### XVI. DE CONTROVERSIA FEUDI APUD PARES TER- MINANDA.

23. Si inter dominum et vasal-  
lum de feudo orta fuerit conten-  
tio, per pares illius domus, sicut lex  
Conradi dicit<sup>2).</sup>, dirimatur, si ta-  
men pares habent. Et si qui-  
dem consentiant vasallus et do-  
minus in eligendis paribus, nulla

1) *Cfr. supra c. 17.* 2) 'secundum judicium parium suorum'. *Cfr.*  
*supra tit. VI c. 10.*

*Antiqua Tit. VIII, c. 23. 24.*  
 est dubitatio. Si vero dissident, tunc quid faciendum sit quaeritur. Sed praevaluit eorum sententia, qui dixerunt, dominum debere eligere prius, quos aut quot voluerit, et vasallus similiter faciat secundum numerum a domino comprobatum. Ille tamen vasallus, qui fidelitatem non juravit, domino vel vasallo dissentiente, pro pari non est eligendus.

15

*Vulgata Lib. II, Tit. 16. 17.*  
 dubitatio est. Si vero dissenserint, tunc quid faciendum sit quaeritur. Sed praevaluit eorum sententia, qui dixerunt, dominum debere eligere prius, quem aut quos voluerit, et vasallus similiter hoc faciat secundum numerum a domino comprobatum. Ille tamen vasallus, qui fidelitatem domino non juravit, domino vel vasallo dissentiente, pro pari non est eligendus.

#### XVII. DE EO, QUI SIBI ET HEREDIBUS SUIS, MASCULIS ET FEMINIS, INVESTITURAM ACCEPIT.

24. Qui 'sibi vel heredibus suis masculis vel his deficientibus feminis' per beneficium feudi investituram accepit, una tantum filia superstite, nullo alio descendente relichto, decessit. Haec marito paternum feudum in dotem dedit et ex eo duobus filiis procreatis obiit, quorum unus quidem duas filias reliquit, alter vero filio uno masculo superstite defunctus est. De praedicto itaque feudo ingentem vidimus quaestionem, masculo quidem sibi totum hoc feendum, quia solus ejus, qui primum investituram accepit, heres masculus sit, vindicante, feminis vero totam sui patris partem sibi defendantibus, quia ex eo nullus existit masculus. Cumque inter sapientes saepe sit super hac quaestione disputatum, tandem pro masculo pronuntiatum est. Non enim

Qui 'sibi vel heredibus suis masculis et his deficientibus feminis' per beneficium investituram feudi accepit, una tantum filia superstite, nullo alio descendente relichto, decessit. Haec marito paternum feudum in dotem dedit et duobus filiis ex eo procreatis obiit, quorum unus duas filias reliquit, alter vero uno filio masculo superstite defunctus est. De praedicto itaque feudo ingentem vidimus quaestionem, masculo quidem hoc feendum totum sibi, quia solus ejus, qui primo investituram accepit, heres masculus sit, vindicante, feminis vero totam sui patris partem sibi defendantibus, quia ex eo nullus exstitit masculus. Cumque inter sapientes saepe super hac quaestione sit disputatum, tandem pro masculo pronuntiatum est. Non enim

*Lib. II, Tit. 16. 17.*  
 est. Si vero dissense-  
 c quid faciendum sit  
 Sed praevaluit eorum  
 qui dixerunt, dominum  
 gere prius, quem aut  
 erit, et vasallus simi-  
 faciat secundum nume-  
 domino comprobatum.  
 vasallus, qui fidelita-  
 non juravit, domino  
 dissentiente, pro pari  
 ligendus.

E EO, QUI SIBI ET  
 BUS SUIS, MASCULIS  
 INNIS, INVESTITU-  
 AM ACCEPIT.

bi vel heredibus suis  
 et his deficientibus fe-  
 r beneficium investitu-  
 accepit, una tantum  
 rsite, nullo alio de-  
 relicto, decessit. Haec  
 aternum feudum in do-  
 et duobus filiis ex eo  
 s obiit, quorum unus  
 reliquit, alter vero  
 masculo superstite de-  
 st. De praedicto itaque  
 entem vidimus quaestio-  
 sculo quidem hoc feu-  
 m sibi, quia solus ejus,  
 o investituram accepit,  
 sculus sit, vindicante,  
 vero totam sui patris  
 bi defendantibus, quia  
 illus exstitit masculus.  
 inter sapientes saepe  
 c quaestione sit dis-  
 tandem pro masculo  
 tum est. Non enim

*Antiqua Tit. VIII, c. 24. 25.*  
 patet locus feminae in feudi suc-  
 cessione, donec masculus superest  
 ex eo, qui primus fuit investitus  
 de hoc feudo<sup>1)</sup>. Nam et illud  
 judicatum scio, si ille, qui prop-  
 rium suum feudum militi pro  
 beneficio dedit, duobus filiis re-  
 lictis decessit, quorum unus filia  
 tantum relictus obiit, alter vero  
 filio masculo superstite defunctus  
 est, quod miles non debet recog-  
 noscere suum feudum per femi-  
 nam, donec superest masculus  
 ex eo, qui primam investituram  
 fecit.

*Vulgata Lib. II, Tit. 17. 18.*  
 patet locus feminae in feudi suc-  
 cessione, donec masculus superest  
 ex eo, qui primus de hoc feudo  
 fuerit investitus. Nam et illud  
 judicatum scio, si ille, qui prop-  
 rium suum feudum militi per  
 beneficium dedit, duobus filiis  
 relictis decesserit, quorum unus  
 filia tantum relictus obiit, alter  
 vero filio masculo superstite de-  
 cessit, quod miles non debet feu-  
 dum suum per feminam recog-  
aliud ab eo tenet  
rsia est, tunc quo-  
videbimus, utrum

lani, ut de felonie  
contrarium sit, quod  
infidelitate pugna

is liberare potuerit  
sed licet potuerit  
ecipitaretur, veluti  
dus erit<sup>3</sup>).

CONRADI.

radus fecit in Ron-  
m ut, si post mor-  
em vasalli heredes  
quod dominum vel  
atem pollicendo et  
eneficium, ut fide-  
, sicut et antiqui-  
lani<sup>5</sup>). § 1. Prae-  
tationes feudi factas  
are<sup>6</sup>). § 2. Simi-  
tenditiae dicuntur  
Romam cum rege  
i cum eis non va-  
de modio 12 dena-

46. 2) Cfr. Lib-  
ario iure nostrae con-  
t merito in nostra Ci-  
4) Auctor hujus  
e videtur. Vide supra  
5) Cfr. supra  
escriptione impidente.

*Antiqua.**Vulgata Lib. II, Tit. 40. 41. 42.*

rios, in Theutonica terra tertiam partem fructuum,  
facta computatione fructuum solummodo ejus anni,  
quo hostem faciunt. § 3. Et iterum si clericus, ve-  
luti episcopus, abbas beneficium habens a rege datum<sup>5</sup>  
non solummodo personae sed ecclesiae, ipsum propter  
suam culpam perdat, eo vivente et ecclesiasticum ho-  
norem habente, ad regem pertineat, post mortem vero  
ejus ad successorem ejus revertatur<sup>1</sup>).

XLI. DE CONTROVERSIA INTER MASCULUM<sup>10</sup>  
ET FEMINAM DE BENEFICIO.

Item sciendum est, quod si inter marem et feminam  
controversia fuerit, masculo dicente 'hoc est feudum',  
femina negante, nisi apertis probationibus femina  
ostenderit, non esse feudum, credatur masculo, suo ju-<sup>15</sup>  
ramento affirmanti cum duodecim sacramentalibus<sup>2</sup>).  
§ 1. Sed si inter dominum et feminam, domino di-  
cente feudum, femina negante, probationibus deficien-  
tibus detur feminae sacramentum<sup>3</sup>). Quidam tamen  
distinguunt, ut si magna eorum pars, quae vasallus<sup>20</sup>  
ibi tenebat, feudum sit, detur domino sacramentum,  
alibi feminae.

XLII. DE CONTROVERSIA INTER DOMINUM  
ET EMPTOREM.

Item si sit inter dominum et emptorem feudi, si<sup>25</sup>  
emperor dicat, non esse feudum, domino in probatione  
deficiente sacramento emptoris finiatur<sup>4</sup>). § 1. Do-  
mino cum emptore feudi agente, si vasallus jurare  
poterit, quod ignorans beneficium vendidisset credens  
proprium, electioni emptoris committitur, utrum do-<sup>30</sup>  
mino velit ipsum cedere an vasallo restituere. Quo

1) Cfr. supra II 26 § 18, Weber o. c. IV 720. Forsitan haec sententia  
cohaeret cum iis, quae Otto Frisingensis narrat in 'Gesta Friderici imperatoris'  
Lib. II c. XII: Hunc morem principe secuto, non solum laicorum feuda sed et  
quorundam episcoporum, id est Hartwici Bremensis et Oudalrici Halberstadiensis,<sup>35</sup>  
regalia personis tantum, quia nec personis sed ecclesiis perpetualiter a principibus  
tradita sunt, ab iudicata fuere. Cfr. jam Cujacius ad hunc locum, Mon. Germ. 4<sup>o</sup>  
Leges, Sectio IV Tom. I p. 208. 2) Cfr. supra II, 26 § 1. 3) Cfr.  
supra II, 26 § 2. 4) Cfr. infra II, 51 § 5.

*Antiqua.*

*Vulgata Lib. II, Tit. 42. 43. 44.*

restituto id beneficium vasallus retinebit non nocente venditione eo, quod ignorans alienasset<sup>1)</sup>. §. 2. Quod dicitur, alienatione feudum domino aperiri, intelligendum est, cum a scientibus beneficium venditur<sup>2)</sup>. Et quod dicitur de venditione, idem est in omnibus alienationibus.

#### XLIII. DE CONTROVERSIA INTER VASALLUM ET ALIUM DE BENEFICIO.

Si controversia inter vasallum et alium de beneficio fuerit, adversario proprietatem totius vel partem vel servitutem vel aliud aliquid jus sibi vendicante, causa per vasallum etiam domino absente quasi propria ad finem perducatur. Ipse enim solus utiliter agendi et excipiendi habet potestatem, et si pro eo aut contra eum judicatum fuerit vel cum adversario transegerit, dummodo fraudulenter factum non sit, etiam si post beneficium domino aperitur, tale erit ac si eo agente judicatum fuisset, et ideo ab eo ratum haberi oportebit<sup>3)</sup>.

#### XLIV. QUID JURIS, SI POST ALIENATIONEM FEUDI VASALLUS ID RECUPERERET.

Praeterea si vasallus ante constitutionem Lotharii regis feudum alienabat, quod in quibusdam curiis pro parte, in quibusdam pro toto olim licebat<sup>4)</sup>, et ipsum postea recuperabat, pro feudo sibi retinebat, hoc est in causam feudi recadebat. Hodie autem, si ipsum recuperaverit, tamen penes ipsum non remanebit, utpote domino, ad quemcunque pervenerit, apertum<sup>5)</sup> § 1. Profecto si domini voluntate vendiderit vel per libellum vel aliter alienaverit, si idem postea recuperaverit, penes eum remanebit, jure tamen beneficii non, sed aut proprio aut pro libello aut aliter secundum quod idem recuperaverit, dummodo scias, quod si ad libellum domini voluntate id dederit, si quidem pro libello

---

1) *Cfr. supra II, 26 § 20.*      2) *Cfr. supra II, 26 § 21.*      3) *Cfr. supra II, 26 § 23, II, 8 § 1 Vulg. (VIII, 14 Ant.).*      4) *Cfr. supra II, 9 Vulg. (VIII, 15 Ant. et ibi citatos locos).*      5) *Cfr. supra II, 24 § 10 Vulg. (X, 2 § 10 Ant.).*

*Antiqua.**Vulgata Lib. II, Tit. 44. 45. 46.*

nebit non nocente  
set<sup>1</sup>). §. 2. Quod  
periri, intelligen-  
venditur<sup>2</sup>). Et  
in omnibus alie-

ei datur singulis forte annis, et hoc jure feudi censem-  
bitur. Illud vero jus, quod per libellum transtulerit  
et postea recuperaverit, pro beneficio non tenebit, sed  
velut alterius rei datae in libellum, si feudum domino<sup>5</sup>  
refutaverit, libellum retinebit.

#### XLV. AN AGNATUS VEL FILIUS DEFUNCTI REPUDIATA HEREDITATE FEUDUM RETINERE POSSIT.

Si contigerit, vasallum sine omni prole decidere,<sup>10</sup>  
agnatus, ad quem universa hereditas pertinet, repu-  
diata hereditate feudum, si paternum fuerit, retinere  
poterit nec de debito hereditario aliquid feudi nomine  
solvere cogetur, sed in fructibus, ut de eis debitum  
solvatur<sup>1</sup>) quo tempore decesserit, secundum quod sup.<sup>15</sup>  
ra diximus<sup>2</sup>), considerabitur. Ubi vero filium reli-  
quit, ipse non potest hereditatem sine beneficio repu-  
diare, sed aut utrumque retineat aut utrumque repu-  
diat<sup>3</sup>). Quo repudiato ad agnatos, si paternum fuerit,  
pertinebit, et licet alterum sine altero retinere non<sup>20</sup>  
possit, agnatis tamen consentientibus poterit dominus  
eum, si voluerit, quasi de novo beneficio investire, quo  
facto licebit ei repudiata hereditate feudum tenere,  
nullo onere hereditario imminente<sup>4</sup>).

#### XLVI. AN APUD JUDICEM VEL DOMINUM 25 QUAESTIO FEUDI DEBEAT TERMINARI.

Ex eo, quod supra diximus ut, si inter duos de be-  
neficio fuerit controversia, coram judice vel arbitro  
finiatur<sup>5</sup>), talis hic fit quaestio. Quodam sine filio

1) Cfr. *infra Cap. Extraord. 14; Statuta communis Vercellarum § 158 (Mon. hist. patriae XVI, 2 p. 1153)*: et si habuerit feudum deficientibus aliis eius bonis  
fructus et godimenta feudi dentur creditoribus in solutum secundum ordinem cre-  
ditorum salvo tamen jure dominorum ipsius feudi. 2) Cfr. *supra II, 28 § 3*.

3) Cfr. *infra II, 51 § 4; aliter in Libro consuetudinum Mediolani Rubr. 29*:  
sed si contigerit Vasallum decidere, et is qui succedere ei debet sive frater sive<sup>35</sup>  
filius aut alius agnatus haereditatem illius Vasalli praemortui repudiaverit, feendum  
tamen paternum non obstante repudiatione obtinebit. 4) Cfr. *ad hoc caput*  
*Michelsen in 'Zeitschrift für deutsches Recht' V p. 210 ff.; R. Schroeder in*  
*'Zeitschr. für Rechtsgesch.' V p. 286 ff., Beseler p. 766. 767 et ibi citatos.*

5) Cfr. *supra II, 34 § 1.* 40

*Antiqua.*

*Vulgata Lib. II, Tit. 46. 47. 48.*

decedente alius credens beneficium, quod ille tenebat,  
apertum domino esse, ab eo investitus est ejus beneficii nomine. E contra apparent agnati, qui feudum  
sibi vendicant quasi paternum. Est igitur quaesitum,  
an apud curiam domini vel judicem sit haec quaestio  
ventilanda. Et responsum scio, quia ad dominum  
quodammodo causa spectare videtur, ad quem inves-  
titus habebit regressum de evictione, ut coram pari-  
bus finiatur curiae; et licet alter per se non possit  
alterum trahere ad curiae judicium, generaliter tamen,  
si inter duos causa fuerit de beneficio, eos curia vo-  
cante non licebit alicui eorum ejus curiae judicium  
declinare<sup>1)</sup>.

15

#### XLVII. QUALITER DOMINUS PROPRIETATE PRIVETUR.

Ex facto quaesitum scio et ego a pluribus quaequivi:  
si dominus contra vasallum apertam feloniam fecerit,  
an, sicut vasallus beneficium amitteret, ita dominus  
proprietate privetur. Et quidam, ex omni felonie,  
qua vasallus feudo privaretur, et dominus proprietate,  
alii, non nisi ex maxima felonie<sup>2)</sup>, alii, ex nulla. Sed  
prior sententia mihi placet non habita distinctione,  
qualis vasallus sit, utrum per sacramentum vel non<sup>3)</sup>.

25

#### XLVIII. DE FEUDO NON HABENTE PROPRIAM FEUDI NATURAM.

20

Si quis ea lege alicui feendum dederit, 'ut ipse sui-  
que heredes et, quibus ipse dederit, id habeant'? Iste,  
qui sic accepit, poterit istud vendere, donare vel ali-  
ter, si sibi placuerit, etiam sine voluntate domini  
alienare, et ille, cui datum fuerit, non habebit pro  
feudo, nisi sicut ei datum est. Sed qualitercumque ei  
datum fuerit sive ad proprium sive ad libellum, licet  
propriam feudi naturam non habeat, jure tamen feudi  
censebitur, ut ex eisdem causis ipsum amittat, quibus

25

30

35

1) *Cfr. supra II, 39 § 1, Albrecht p. 294, 295.*

2) *illa in Libro consuetud. Mediolani Rubr. 30;* 'adeo quidem ut si grande facinus erga suum Vasal-  
lum dominus commiserit.'

3) *Cfr. supra II, 26 § 24.*

47. 48.

quod ille tenebat,  
tus est ejus bene-  
gnati, qui feudum  
igitur quaesitum,  
sit haec quaestio  
quia ad dominum  
ad quem inves-  
e, ut coram pari-  
per se non possit  
generaliter tamen,  
cio, eos curia vo-  
is curiae judicium

## PROPRIETATE

pluribus quaesivi:  
n feloniam fecerit,  
teret, ita dominus  
ex omni feloniam,  
minus proprietate,  
alii, ex nulla. Sed  
habita distinctione,  
mentum vel non<sup>3</sup>).

ENTE PROPRIAM  
M.

derit, 'ut ipse sui-  
id habeant'? Iste,  
re, donare vel ali-  
voluntate domini  
, non habebit pro-  
l qualitercumque ei  
ad libellum, licet  
jure tamen feudi  
am amittat, quibus

## Antiqua.

*Vulgata Lib. II, Tit. 48. 49. 50.*  
et verum feudum. Ubi ergo sic datum est feudum 'et  
cui in feudum dederis', aliud est, et propriam feudi  
naturam habet<sup>4</sup>).

XLIX. DE EO, QUI FECIT FINEM AGNATO DE<sub>5</sub>  
FEUDO PATERNO.

Tres erant agnati vel plures; unus eorum habebat  
feudum, quod erat paternum, sed alter eorum finem et  
refutationem 'ei suisque heredibus et cui ipse dederit',  
fecit. Decessit iste sine filio masculo; alter, qui non<sub>10</sub>  
refutavit, vendicat sibi totum, alter vero, qui refuta-  
tionem fecit, vult ad successionem venire pacto non  
obstante. Sapientes quidam Mediolanenses interrogati  
responderunt, non obstat, nisi feudum 'omnino' refu-  
taverit, vel nisi ad hoc refutaverit, ut dominus eum<sub>15</sub>  
quasi de novo beneficio investiret. Tunc enim secuta  
investitura nova, quasi novum sit feudum, non suc-  
cedit<sup>2</sup>).

## L. DE NATURA SUCCESSIONIS FEUDI.

Successionis feudi talis est natura, quod ascendentess<sub>20</sub>  
non succedunt, verbi gratia pater filio. Inferius vero  
filius patri succedit et non filia, nisi ex pacto vel nisi  
sit femineum — tunc succedit filia matri et patri, se-  
cundum quosdam succedit nepos ex filio solus<sup>3</sup>) et sic  
usque in infinitum, si feudum sit paternum<sup>4</sup>). Pater-<sub>25</sub>  
num autem voco, quicunque ex superioribus id acqui-  
sivit, dummodo scias, quod si quis habens beneficium  
quatuor superstibus filiis decedat, et feudum ad unum  
eorum solum ex divisione perveniat, et iste susceptis  
filiis duobus vel tribus decedat, qui patruelles dicuntur,<sub>30</sub>  
et ad unum eorum beneficium ex divisione perveniat,  
et similiter iste superstibus filiis decedat, qui patru-  
elles dicuntur, ad quorum unum feendum similiter per-  
venit, sicut etiam ex aliis superioribus vel primis

1) Cfr. supra II, 26 § 25. 2) Cfr. supra II 26 § 26, *Libr. consuetud.* 35  
*Mediol. Rubr.* 29, *decision. summi tribunalis imperii* (Entscheidungen des Reichs-  
gerichts in Civilsachen XIV, Nr. 56). 3) Cfr. supra VI, 4 *Ant.* (I, 14 *Vulg.*)

4) Cfr. *Libr. consuetud. Mediol. Rubr.* 29.

2) illa in *Libro con-*  
*tinuus erga suum Vasal-*  
24.

*Antiqua.**Vulgata Lib. II, Tit. 50. 51.*

fratribus supersunt masculi, si ille, qui feudum habet,  
 decesserit, an ad omnes vel ad quos perveniat, quae-  
 ritur. Respondeo: Ad solos et ad omnes, qui ex illa  
 linea sunt, ex qua iste fuit. Et hoc est, quod dicitur,  
 ad successores pertinere. Isti enim proximiores esse  
 dicuntur respectu aliarum linearum, sed omnibus ex  
 hac linea defientibus omnes aliae lineae aequaliter  
 vocantur<sup>1)</sup>.

10 LI. DE CAPITANEO, QUI CURIAM VENDIDIT,  
 AN INTELLIGATUR FEUDUM VENDIDISSE.

Quidam capitaneus in quadam curte sua beneficium  
 militibus dedit, postea curtem vendidit non habita  
 mentione beneficii. Controversia est inter capitaneum  
 15 et emptorem, emptore dicente, se curiam cum beneficio  
 emisse, domino vero contra dicente, ad illum benefi-  
 cium non pertinere. Respondetur, beneficium in ven-  
 ditione non contineri, nisi expressim de eo actum sit<sup>2)</sup>.

§ 1. Quaesitus scio apud me: si filius vivente patre  
 20 dominum offenderit ita, quod feudum amitteret, si  
 pater decessisset, utrum feudum amittat vel non. Se-  
 cundum Stephanum sic, secundum Gerardum et Ober-  
 tum similiter<sup>3)</sup>.

§ 2. Si vasallus voluerit dominum offendere sed  
 25 non laboraverit, feudum non amittat. Gerardus et  
 Obertus. Etiam si laboraverit, non amittit, nisi insi-  
 diatus fuerit<sup>4)</sup> et hoc probatum fuerit.

1) *Baldus super feudis citat ad hoc caput quoddam capitulum ex constituto  
 usus Pisanae civitatis (Bonaini II p. 958) desumptum, scilicet hoc:*

30 Decedente fideli absque liberis ex se descendantibus et in feudum suc-  
 cedentibus, si quidem feudum fecit communis parentis, fratres defuncti cum  
 filiis premortuorum fratum in stirpem succedant. His vero non extantibus  
 ad agnatos proximiores id volumus pertinere; et si quidem in pari gradu  
 35 sunt, pariter admittantur. Si vero ex uno est unus, et ex alio sunt plures,  
 non in stirpem, sed in capita eos debere succedere ordinamus.

2) *Cfr. supra II, 26 § 19.*      3) *Cfr. infra II, 54 § 5, Constitutum usus  
 Pisanae civitatis (Bonaini II p. 968):*

Si, vivente patre, aliquis ex filiis ejus domino offensam fecerit, videlicet  
 quod cum uxore domini turpe luserit . . . post mortem patris, pars illius  
 40 ad dominum revertatur . . .

4) *Cfr. supra II, 24 § 5 Vulg. (X, 2 § 5 Ant.).*

51.  
ui feudum habet,  
perveniat, quae-  
mnes, qui ex illa  
est, quod dicitur,  
proximiores esse  
sed omnibus ex  
lineae aequaliter

AM VENDIDIT,  
VENDIDISSE.

te sua beneficium  
dedit non habita  
inter capitaneum  
am cum beneficio  
ad illum benefi-  
eneficium in ven-  
de eo actum sit<sup>2</sup>).  
illius vivente pat-  
dum amitteret, si  
stat vel non. Se-  
rardum et Ober-

m offendere sed  
at. Gerardus et  
amittit, nisi insi-  
t.

pitulum ex constituto  
et hoc;  
et in feudum succe-  
fratres defuncti cum  
vero non extantibus  
uidem in pari gradu  
et ex alio sunt plures,  
dinamus.

5, Constitutum usus

am fecerit, videlicet  
in patris, pars illius

### *Antiqua.*

### *Vulgata Lib. II, Tit. 51. 52.*

§ 3. Similiter si quis investitus fuerit de feudo ita,  
ut ad feminas transiret, et duas tantum filias reliquerit,  
quarum una filium habeat et altera filiam, utrum post  
mortem illarum masculus tantum feudum habere de-  
beat? Secundum Gerardum masculus tantum. Ober-  
tus contra. Et e converso, si filios ille habuerit<sup>1</sup>).

§ 4. Filius non potest recusare hereditatem patris  
absque feudo, propinquus autem potest<sup>2</sup>).

§ 5. Si contentio fuerit inter filiam et propinquum<sup>10</sup>  
de hereditate et de feudo, cum filia feudum habere  
non poterat, quia dicat ipsa 'hoc est de mea hereditate'  
et ille dicat 'immo de feudo', electio propinqui erit,  
discernere veritatem jurejurando<sup>3</sup>). Gerardus et Ober-  
tus. Similiter si contentio fuerit inter aliquem, qui<sup>15</sup>  
emisset, et vasallum, quia dicat vasallus 'hoc est de  
feudo meo', ille autem neget, electio emptoris est, ve-  
ritatem discernere jurejurando, cum pares curtis veri-  
tatem non testantur<sup>4</sup>). Gerardus et Obertus.

§ 6. Similiter feudum datum lege commissoria non<sup>20</sup>  
valet, id est 'si ad certum tempus pecunia non solva-  
tur creditor, ut habeat in feudum'<sup>5</sup>). Gerardus. Se-  
cundum Obertum valet. Similiter potest feudum dari  
ad certum servitium<sup>6</sup>). Gerardus et Obertus.

### LII. DE PROHIBITA FEUDI ALIENATIONE PER<sup>25</sup> LOTHARIUM.

I. Lotharius<sup>7</sup>) divina favente gratia tertius, Roma-  
norum imperator, pius, felix, inclitus, triumphator et  
semper augustus universo populo.

Imperialis benevolentiae proprium esse judicamus,<sup>20</sup>  
commoda subjectorum investigare et eorum diligent  
cura calamitatibus mederi, similiter rei publicae bo-  
num statum ac dignitatem imperii omnibus privatis

---

1) Cfr. supra II, 17. 18 Vulg. (VIII, 24. 25. Ant.). 2) Cfr. supra  
II, 45. 3) Cfr. supra II, 26 § 1, II, 41. 4) Cfr. supra II, 42. 35  
5) Cfr. supra I, 26 Vulg. (VII, 6 Ant.). 6) Cfr. supra II, 2 § 2 Vulg.  
(VIII, 4 § 1 Ant.). Secundum Ardizonem cap. 34, servitium equi, quod vasal-  
lus debeat tenere equum et praestare domino ad ejus voluntatem, praestabatur  
ex usu. 7) Cfr. Monum. Germ. Hist. Leg. Sect. IV Tom. I p. 175. 176,  
ubi genuinus textus editus est. 40

*Antiqua.**Vulgata Lib. II, Tit. 52.*

commodis praepone. Quocirca omnium fidelium nos-  
 trorum, tam futurorum quam praesentium, noverit  
 universitas, qualiter, dum apud Roncalias secundum  
 antiquorum imperatorum consuetudinem p.o justitia  
 ac pace regni componenda consederemus, omnia, quae  
 ad honorem Romani imperii spectare videntur, solli-  
 cite indagantes, perniciosissimam pestem et rei publi-  
 cae non mediocre detrimentum inferentem resecare  
 proposuimus. Per multas enim interpellationes ad  
 nos factas didicimus, milites beneficia sua passim dis-  
 trahere, ac ita omnibus exhaustis suorum seniorum  
 servitia subterfugere, per quod vires imperii maxime  
 attenuatas cognovimus, dum proceres nostri milites  
 suos omnibus beneficiis exutos ad felicissimam nostri  
 numinis expeditionem minime transducere valeant.  
 Hortatu itaque et consilio archiepiscoporum, episcopo-  
 rum, ducum, marchionum, comitum palatinorum cete-  
 rorumque nobilium, similiter etiam judicum, hac edic-  
 tali lege in omne aevum Deo propitio valitura decer-  
 nimus, nemini licere beneficia, quae a suis senioribus  
 habent, absque ipsorum permisso distrahere vel aliquod  
 commercium adversus tenorem nostrae constitutionis  
 excogitare, per quod imperii vel dominorum minuatur  
 utilitas. § 1. Si quis vero contra hujus saluberrimae  
 nostrae legis praecepta ad hujusmodi illicitum com-  
 mercium accesserit vel aliquid in fraudem hujus legis  
 machinari temptaverit, pretio ac beneficio se carituru-  
 agnoscat. Notarium vero, qui super hoc tali con-  
 tractu libellum vel aliud instrumentum conscripserit,  
 post amissionem officii infamiae periculum sustinere  
 sancimus.

II. Imperator Lotharius Aug. etc. universo populo<sup>1)</sup>.

Satis bene dispositum ad utilitatem regni et ad per-  
 niciosam pestem destruendam in scriptis inserere  
 curavimus. Quidam miles bina beneficia a duobus  
 dominis, prout solitum est, acquisivit. Qui decedens  
 duos reliquit filios, qui paterna beneficia inter se

1) Cfr. *infra Capitula extraordinaria Iacobi de Ardizone ubi textus melior*  
*invenitur: c. 21, cfr. quoque Mon. Germ. 4<sup>o</sup>. Leg. Sectio IV Pars I p. 680.*

Tit. 52.

omnium fidelium nos-  
praesentium, neverit  
d Roncalias secundum  
studinem pro justitia  
deremus, omnia, quae  
ctare videntur, solli-  
pestem et rei publi-  
inferentem resecare  
interpellationes ad  
eficia sua passim dis-  
tis suorum seniorum  
vires imperii maxime  
roceres nostri milites  
ad felicissimam nostri  
transducere valeant.  
episcoporum, episcopo-  
cum palatinorum cete-  
am judicum, hac edic-  
proprio valitura decer-  
uae a suis senioribus  
distrahere vel aliquod  
nostrae constitutionis  
dominorum minuatur  
ra hujus saluberrimae  
usmodi illicitum com-  
fraudem hujus legis  
beneficio se cariturum  
super hoc tali con-  
mentum conscripserit,  
e periculum sustinere

e. universo populo<sup>1)</sup>.  
atem regni et ad per-  
in scriptis inserere  
beneficia a duobus  
uisivit. Qui decedens  
a beneficia inter se

Ardizone ubi textus melior  
o IV Pars I p. 680.

Antiqua.

*Vulgata Lib. II, Tit. 52. 53.*

dividentes alter eorum suo domino pro beneficio, quod  
ad eum pervenit, fidelitatem nullo anteposito, sicut  
pater fecerat, fecit, alter vero frater alteri domino  
suo similiter pro suo beneficio, quia nullum alium do-  
minum habere videbatur, nullo anteposito fidelitatem  
fecit. Defuncto posteriore fratre sine filiis, utique  
feudum in unam, ut prius, venit personam et sic domi-  
nus posterior talem fidelitatem quaerit, quem frater  
ejus fecerat. Quas amputantes altercationes sancimus, 10  
quod frater fecit, scilicet in dando simpliciter, nihil  
superstiti obesse, licet in secundam et tertiam genera-  
tionem et usque in infinitum pervenerit, si hoc ac-  
tum erit.

### III. Imperator Lotharius etc. Eugenio Papae et 15 universo populo<sup>1)</sup>.

Quoniam inter dominum et vasallum nulla fraus nec  
quodvis malum ingenium debet intervenire, idcirco per  
hanc praesentem legem sancimus, si vasallus non do-  
lose per annum et diem steterit, quod a domino sui 20  
beneficii investituram non acceperit vel petierit, feu-  
dum non ob hoc amittat. Dolus enim abesse videtur,  
si justa causa impediente steterit. Dat. VI Kal. Sept.  
anno a nativitate Domini MCXXVII, indictione V.

### LIII. DE PACE JURAMENTO FIRMANDA, 25 SERVANDA, TUENDA ET VINDICANDA ET DE POENA JUDICIBUS APPOSITA, QUI EAM VINDI- CARE ET JUSTITIAM FACERE NEGLEXERINT<sup>2)</sup>.

Fridericus, Dei gratia Romanorum imperator, semper  
Augustus universis suo subjectis imperio salutem. 30

Hac edictali lege in perpetuum valitura jubemus, ut  
omnes nostro subjecti imperio veram et perpetuam pa-  
cem inter se observent, et ut inviolata perpetuo inter  
omnes servetur. Duces, marchiones, comites, capitanei,  
valvasores et omnium locorum rectores cum omnibus 35  
locorum primatibus et plebejis a decimo octavo anno

1) Cfr. Mon. Germ. l. c. p. 679. 680. 2) Genuinum textum vide in Mon. Germ. 4<sup>a</sup> Legum Sectio IV P. 1 p. 245-247; §§ 12, 13 postea addebantur.

*Antiqua.**Vulgata Lib. II, Tit. 53.*

usque ad septuagesimum jurejurando adstringantur, ut pacem teneant et rectores locorum adjuvent in pace tenenda atque vindicanda, et in fine cujuscunque quinquennii de praedicta pace tenenda omnium sacramenta renoventur. Si quis vero aliquod jus de quacunque vel facto contra aliquem se habere putaverit, judiciale adeat potestatem et per eam sibi jus competens exequatur. § 1. Si quis vero temerario ausu praedictam pacem violare praesumpserit, si civitas est, poena centum librarum auri camerae nostrae inferenda puniatur, oppidum vero viginti libris auri mulctetur, duces autem, marchiones et comites quinquaginta libras auri praestent, capitanei quoque et majores valvasores viginti libris auri puniantur, minores vero valvasores et omnes alii praedictae pacis violatores tres libras auri inferre cogantur et damnum passo secundum leges resarciant. § 2. Inuria seu furtum legitime puniatur. § 3. Homicidium quoque et membrorum diminutio vel aliud quodlibet delictum legaliter vindicetur. § 4. Iudices vero et locorum defensores, vel quicumque magistratus ab imperatore vel ejus voluntate constituti seu confirmati, qui justitiam facere neglexerint, et pacem violatam vindicare legitime supersederint, damnum omne injuriam passo resarcire compellantur, et insuper, si major judex est. sacro aerario poenam decem librarum auri praestet, minor autem poena trium librarum auri mulctetur. § 5. Qui vero ad praedictam poenam persolvendam inopia dignoscitur laborare, corporis sui coercitionem cum verberibus patiatur, et procul ab eo loco, quem inhabitat, quinquaginta miliaria per quinquennium vitam agat. § 6. Conventiculas quoque omnesque coniurationes, in civitatibus et extra, etiam occasione parentelae, et inter civitatem et civitatem et inter personam et personam sive inter civitatem et personam, omnibus modis fieri prohibemus, et in praeteritum factas cassamus, singulis conjuratorum poena unius librae auri puniendis<sup>1)</sup>. § 7. Episcopos quoque locorum ecclesiastica censura violatores hujus sanctio-

1) *Cfr. Pertile V p. 488.*

*Antiqua.**Vulgata Lib. II, Tit. 53 (53. 54. ed. hodi.).*

nis, donec ad satisfactionem veniant, coērcere volumus.  
 § 8. Receptatoribus etiam malefactorum, qui praeditam pacem violaverint, et praedam ementibus nostram indignationem subituris et eisdem poenis feriendis. 5 Praeterea bona ejus publicentur et domus ejus destruantur. Qui<sup>1)</sup> pacem jurare et tenere noluerit, et lege pacis non fruatur<sup>1)</sup>. § 9. Illicitas etiam exactiones, et maxime ab ecclesiis, quarum abusus jam per longa tempora inolevit, per civitates et castella omnino con- 10 demnamus et prohibemus, et, si factae fuerint, in duplum reddantur. § 10. Item sacramenta puberum sponte facta super contractibus rerum suarum non retractandis inviolabiliter custodiantur. Per vim autem et justum metum etiam a majoribus, maxime, ne 15 quaerimoniam maleficiorum commissorum faciant, extorta nullius esse momenti jubemus. § 11. Ad hoc, qui allodium suum vendiderit, districtum et jurisdictionem imperatoris vendere non praesumat, et, si fiat, non valeat. § 12. Si vero contigerit, allodium aliquod etiam 20 infeudatum conferri ecclesiae vel per oblationem fidelium vel per emptionis et venditionis alteriusve hujusmodi contractum, infeudatus, nisi per gratiam ecclesiae tanquam de novo receperit, feudum, quod habebat, retinere non poterit<sup>2)</sup>. § 13. Ut autem aequitas, quae 25 in paribus causis paria jura desiderat, per universitatem totius imperii servetur, firmiter statuimus tam in Italia quam in Alamannia, ut, quicunque indicta publica expeditione ad suscipiendam imperii coronam regem aut sub rege dominum suum non adjuverit aut 30 eundo cum ipso aut pro quantitate feudi stipendia militiae persolvendo, si de vocatione legitima a domino suo convinci per comparres suos poterit, feudum perdit et dominus in suos usus illud redigendi habeat liberam facultatem<sup>3)</sup>.

35

1) *Videtur fuisse vetus proverbium. Apud Germanos septentrionales inventur haec sententia: At lögum seal land vårt byggia en eigi at ülögum eyða. En sá er eigi vill öðrum unna hann seal eigi laga niota (Frostuþingslög I c. 6).*

2) *Haec sententia non concordat cum lege Conradi, quae generaliter alienationem feudi sine consensu vasalli vetat; quam legem in vigore esse, II 34 expressis verbis dicit et lex Friderici (II, 54 § 4) confirmat. Quare falsatio in favorem ecclesiae videtur esse. 3) E II, 54 § 3 desumpta esse videtur haec norma.*

*Antiqua.**Vulgata Lib. II, Tit. 54 (55 ed. hod.).*LIV (LV). DE PROHIBITA FEUDI ALIENATIONE  
PER FREDERICUM<sup>1)</sup>.

Idem Augustus universo populo.

Imperiale decet sollertia ita rei publicae curam gerere et subjectorum commoda investigare, ut regni utilitas incorrupta persistat et singulorum status jugiter servetur illaesus. Quapropter dum ex praedecessorum nostrorum more universalis curiae Roncaliae pro tribunali sederemus, a principibus Italicis, tam rectoribus ecclesiarum, quam aliis fidelibus regni non modicas accepimus quaerelas, quod beneficia eorum et feuda, quae vasalli ab eis tenebant, sine dominorum licentia pignori obligaverant, et quadam collusione nomine libelli vendiderant, unde debita servitia amittebantur et honor imperii et nostrae felicis expeditionis complementum minuebatur. Habito ergo consilio episcoporum, ducum, marchionum, et comitum, simul etiam palatinorum judicum, et aliorum procerum, hac editali, Deo propitio, perpetuo valitura lege sancimus, ut nulli liceat feudum totum vel partem aliquam vendere, vel pignorare, vel quocunque modo alienare, vel pro anima judicare sine permissione illius domini, ad quem feudum spectare dignoscitur. Unde imperator Lotharius tantum in futurum cavens ne fieret, legem promulgavit. Nos autem ad pleniorum regni utilitatem providentes, non solum in posterum, sed etiam hujusmodi alienationes illicitas hactenus perpetratas hac praesenti sanctione cassamus, et in irritum deducimus, nullius temporis praescriptione impediente, quia, quod ab initio jure non valuit, tractu temporis convalescere non debet, emptori bonae fidei ex empto actione de pretio contra venditorem competente.

§ 1. Callidis insuper machinationibus quorundam obviantes, qui pretio accepto, quasi sub colore investiture, quam sibi licere dicunt, feuda vendunt, et in alios transferunt, ne tale figmentum vel aliud ulterius in fraudem hujus nostrae constitutionis exco-

1) *Cfr. Mon. Germ. Hist. l. c. p. 247.*

*Antiqua.**Vulgata Lib. II, Tit. 54 (55 ed. hod.).*

gitetur, modis omnibus prohibemus<sup>1)</sup>), poena auctoritate nostra imminente, ut venditor et emptor, qui tam illicitas alienationes reperti fuerint contraxisse, feendum amittant, et ad dominum libere revertatur. Scriba<sup>5</sup> vero, qui super hoc instrumentum sciens conscripserit, post amissionem officii cum infamiae periculo manum amittat.

§ 2. Praeterea, si quis infundatus major quatuordecim annis, sua incuria vel negligentia per annum et<sup>10</sup> diem steterit, quod feudi investituram a proprio domino non petierit, transacto hoc spatio, feendum amittat, et ad dominum redeat.

§ 3. Firmiter etiam statuimus tam in Italia, quam in Alamannia, ut, quicunque indicta publica expeditione vocatus a domino suo, in eandem expeditionem spatio competenti temere venire supersederit, vel alium pro se domino acceptabilem mittere contempserit, vel dimidium redditus feudi unius anni domino non subministraverit, feendum, quod ab episcopo vel ab<sup>20</sup> alio domino habuit, amittat, et dominus feudi in usus suos illud redigendi omnibus modis habeat facultatem.

§ 4. Praeterea ducatus, marchia, comitatus de cetero non dividatur, aliud autem feendum, si consortes voluerint, dividatur ita, ut omnes, qui partem feudi<sup>25</sup> habent jam divisi, vel dividendi, fidelitatem faciant, ita tamen, ut vasallus pro uno feudo plures dominos habere non compellatur, nec dominus feendum sine voluntate vasalli ad alium transferat.

§ 5. Insuper si filius vasalli dominum offenderit,<sup>30</sup> pater a domino requisitus deducat filium ad satisfaciendum domino, vel a se filium separat, alioquin feudo privetur. Sin autem pater vult eum deducere, ut satisfaciat, et filius contemnit, patre mortuo in feendum non succedat, nisi prius satisfecerit domino,<sup>35</sup> parique modo vasallus pro omnibus suis domesticis faciat.

§ 6. Illud quoque praecipimus, ut, si vasallus de

1) *Glossa ordinaria ad II, 26 § 22 notat:* In fraudem tunc intelligetur forte facere, si ultra pretium medietatis acciperet pro toto. Et hoc ita a multis intellegitur.

*Antiqua.*

*Vulgata Lib. II, Tit. 54. 55 (55. 56 ed. hod.).*

feudo suo alium vasallum habuerit, et vasallus vasalli dominum domini sui offenderit, nisi pro servitio alterius domini sui hoc fecerit, quem sine fraude ante habuerit, feudo suo privetur, et ad dominum suum, a quo ipse tenebat, revertatur, nisi requisitus ab eo paratus fuerit satisfacere majori domino, quem offenderit, et nisi vasallus idemque dominus, a domino suo requisitus, eum, qui majorem dominum offenderit, requiererit ut satisfaciat, suum feudum amittat.

§ 7. Praeterea, si inter duos vasallos de feudo sit controversia, domini sit cognitio, et per eum controversia terminetur. Si vero inter dominum et vasallum lis oriatur, per pares curiae, a domino sub fidelitatis debito conjuratos, terminetur.

§ 8. Illud quoque sancimus, ut in omni sacramento fidelitatis imperator nominatim excipiatur.

LV (LVI). QUAE SINT REGALIA<sup>1)</sup>.

Imp. Fridericus.

Regalia sunt arimanniae, viae publicae, flumina navigabilia, et ex quibus fiunt navigabilia, portus, ripatica, vectigalia, quae vulgo dicuntur thelonca, monetae, mulctarum poenarumque compendia, bona vacantia, et quae indignis legibus auferuntur, nisi quae specialiter quibusdam conceduntur, et bona contrahentium incestas nuptias, condemnatorum, et proscriptorum, secundum quod in novis constitutionibus cavetur: angariarum, parangariarumque et plaustrorum, et navium præstationes, et extraordinaria collatio ad felicissimam regalis numinis expeditionem, potestas constituendorum magistratum ad justitiam expediendam, argentariae et palatia in civitatibus consuetis, piscationum redditus et salinarum, et bona committentium crimen majestatis, et dimidium thesauri in loco Caesaris inventi vel loco religiosi: si data opera, totum ad eum pertineat.

1) Genuinum textum vide Mon. Germ. Hist. 4<sup>o</sup> Leg. Sect. IV Tom. I p. 244.

*Antiqua.**Vulgata Lib. II, Tit. 56. 57 (57. 58 ed. hod.).*

LVI (LVII). QUOT TESTES SINT NECESSARI<sup>I</sup>  
AD PROBANDAM<sup>I</sup>) FEUDI INGRATITUDINEM.

Imp. Henricus Aug. universo populo.

Si vasallus in honestis factis, atque indecentibus<sup>5</sup> machinationibus dominum suum offenderit, insidiisque eum clandestinis vel manifestis appetiverit, vel inimicis ejus suas amicitias copulaverit, atque in aliis sic versatus est, ut potius inimicus quam fidelis esse credatur, vel si eum eucurbitaverit, seu in campestri<sup>10</sup> bello suum dominum reliquerit, feudo privabitur. Quod non obtinere sancimus, nisi quinque testibus summae atque integrae opinionis probatum fuerit manifeste. Datum VIII. Idus Augusti feliciter.

LVII (LVIII). DE NOTIS FEUDORUM.<sup>15</sup>

Notandum est in feudo, quod de cane<sup>va</sup> seu de camera datur<sup>2</sup>), non debere dari, nisi sit de cane<sup>va</sup> vel de camera, unde solvi possit, vel si ita evacuata sit cane<sup>va</sup> sine culpa promissoris, exspectandum est, donec iterum de cane<sup>va</sup> vel de camera solvi possit. Donec iterum de cane<sup>va</sup> vel de camera solvi possit. Do-<sup>20</sup> minum autem feendum dare posse intelligitur omni aere alieno soluto. Non enim aequum est, quem videre egentem, quem prius habuit in conjugem<sup>3</sup>).

§ 1. Quod autem pares tantum debeant interesse investiturae feudi et non alii, hoc tunc verum est, cum dominus vasallos alios habuerit<sup>4</sup>). Alioquin adhibeat dominus, quos meliores potuerit, liberos tamen, argumentatione legis de ultimis voluntatibus in Lombarda<sup>5</sup>), quae dicit: 'Si quis donationem facere voluerit de suis rebus alicui vel investituram, adhibeat sibi de pagensibus suis, et per eandem legem vivant, testes idoneos duos vel tres'. Pluralis enim elocutio duorum numero contenta est.

§ 2. Item sciendum est, non esse impedimentum investiturae etsi investituram faciat de re, quam com-<sup>35</sup> munem dominus habet cum aliquo, quia, si sponte di-

1) Cfr. Mon. Germ. Hist. l. c. p. 103, 104. 2) Cfr. supra II, 1 § 1,

II, 2 § 1 Vulg. (VIII, 2, 4 Ant.) 3) Cfr. l. 19 § 1 D. 42, 1.

4) Cfr. supra II, 2 Vulg. (VIII, 3 Ant.), II, 32. 5) Cfr. Lomb. vulg. lib. II tit. XVIII l. VII.

*Antiqua.**Vulgata Lib. II, Tit. 57 (58 ed. hod.)*

videre noluerit ille, cum quo habet rem communem,  
 qui investivit, potest cogere per judicem et ille, qui  
 investitus est, ut dividat<sup>1)</sup>. Item heredes ejus necesse  
 5                   habent firmam tenere investituram, quam pater fecit<sup>2)</sup>.  
 Item eadem lege et eodem jure debet iste habere rem,  
 qui investitus est, quam haberet, qui eum investivit,  
 cum coherede suo, ut adaequatio percurrat usque ad  
 10                 quadraginta annos<sup>3)</sup>. Item investitura per se et per  
 suum nuntium dari et accipi potest<sup>4)</sup>. Quae omnia  
 supradicta colligi possunt per supradictas Leges Lon-  
 gobard. tit. De ultimis voluntatibus I. Si quis et C.  
 communi dividendo I. I et II.

§ 3. Idcirco pares sunt necessarii in instrumento  
 15                 investiturae et non alii, ne quid excogitetur falsitatis  
 in pernicie domini aliis testibus inductis, corruptis  
 forte pecunia vel odio vel gratia<sup>5)</sup>, quae non sunt  
 suspicanda in paribus.

§ 4. Si instrumentum diceretur falsum a domino,  
 20                 daretur defensio vasallo, qui afferret instrumentum, ut  
 in Lombarda Qualiter quisque se defendere debeat I.  
 de chartis<sup>6)</sup>, et auferetur domino, qui veritatem no-  
 verit, et iniquum erit, si aliquis ex dono suo conve-  
 niatur, cum domini sit defensio ex ordine, cum vasal-  
 25                 lus non possideat.

§ 5. Notandum est, quod de omni controversia, quae  
 inter dominum et vasallum oritur, si pares veritatem  
 30                 noverint, omnino cogi debent a domino et paribus, di-  
 cere veritatem. Qui si dicant, se nescire, cum sciant,  
 et vasallus postulet, dominus coget eos, jurare et dicere  
 veritatem, ut C. de testibus I. Si quando<sup>7)</sup> et in Lom-

1) *Cfr. l. cit.*: Et si nondum res suas cum coheredibus suis divisas habuerit,  
 non hoc ei impedimentum sit, sed coheredes eius, si sponte noluerint dividere,  
 aut per Comitem, aut per missum eius distingantur, ut cum illo divisionem fa-  
 35                 ciant, ad quem defunctus hereditatem suam voluerit pervenire. 2) *Cfr. leg.*  
*citat.*: heres illius nullam de praedictis rebus valeat facere repetitionem.

3) *Cfr. leg. citat.*: Et si cuiilibet Ecclesiae eam tradere rogaverit, coheres eius  
 eam legem cum illa Ecclesia de praedicta hereditate habeat, quam cum alio co-  
 herede suo habere debuerat. *Cfr. quoque Lomb. vulg. lib. II tit. XXXV l. VII.*

4) *Hanc sententiam postea insertam esse, certum est, cum verba sequentia ad*  
*praecedentia referenda sint. Cfr. supra II, 3 § 2 Vulg. (VIII, 6 Ant.)*

5) *Cfr. supra II, 2 pr. Vulg. (VIII, 3 Ant.)*           6) *Lomb. vulg. lib. II*  
*tit. LV l. XVII.*           7) *l. 19 C. 4, 20.*

<sup>7</sup> (58 ed. hod.)  
habet rem communem,  
et judicem et ille, qui  
em heredes ejus necesse  
im, quam pater fecit<sup>2</sup>).  
debet iste habere rem,  
et, qui eum investivit,  
tio percurrat usque ad  
vestitura per se et per  
potest<sup>4</sup>). Quae omnia  
supradictas Leges Lon-  
tibus I. Si quis et C.

cessarii in instrumento  
d excogitetur falsitatis  
bus inductis, corruptis  
tia<sup>5</sup>), quae non sunt

etur falsum a domino,  
erret instrumentum, ut  
se defendere debeat I.  
no, qui veritatem no-  
uis ex dono suo conve-  
ex ordine, cum vasal-

mni controversia, quae  
ur, si pares veritatem  
domino et paribus, di-  
se nescire, cum sciant,  
et eos, jurare et dicere  
Si quando<sup>7</sup>) et in Lom-

edibus suis divisas habuerit,  
sponte noluerint dividere,  
ut cum illo divisionem fa-  
pervenire. 2) *Cfr. leg.*  
*citere repetitionem.*

dere rogaverit, coheres eius  
nabeat, quam cum alio co-  
lib. II tit. XXXV l. VII.  
st, cum verba sequentia ad  
g. (VIII, 6 Ant.)

6) *Lomb. vulg. lib. II*

*Antiqua.*

*Vulgata Lib. II, Tit. 57 (58 ed. hod.).*  
barda tit. De officio judicis I. Ut judex unus etc.<sup>1)</sup>  
et in tit. Qualiter quisque se defend. deb. I. Si qua-  
liscunque<sup>2)</sup> causa, et tit. De testibus, I. Ut quicunque  
et I. ult.<sup>3)</sup>.

§ 6. Cum datur domino defensio de investitura,  
quae dicitur a se facta, jurare debet, se investituram  
non fecisse; cum vero datur heredi vel successori ejus,  
jurare debet, se non credere, investituram factam esse  
ab antecessore suo<sup>4)</sup>). Si qua investitura facta esse<sup>10</sup>  
dicetur, semper debet nominare dominum, a quo in-  
vestitura facta dicitur, cum multum discrepet sacra-  
mentum hereditarium a principali sacramento, ut C.  
De rebus creditis et jurejurando I. Generaliter<sup>5)</sup>, et  
ut habes de tute, qui jurat, quod credit et existimat,<sup>15</sup>  
ut C. de jurejur. calumn. I. II<sup>6)</sup>; de conscientia enim  
sua jurare debet, et non de alieno facto — cum iniquum  
sit, jurare de alieno facto — heres vel successor, nec  
etiam filius, ut Dig. de rerum amotarum I. Marcellus<sup>7)</sup>.  
Sed contrarium reperitur in Lombarda, quia, licet fi-<sup>20</sup>  
lius minorem virtutem habeat, quam pater, tamen de-  
bet praecise jurare, patrem suum non fuisse debitorem,  
ut in Lombarda, Qualiter quisque se defendere debet,  
I. Si contigerit<sup>8)</sup>.

---

1) *Lomb. vulg. lib. II tit. LII l. XV.* 2) *Lomb. vulg. lib. II tit. LV*<sup>25</sup>  
l. XIII. 3) *Lomb. vulg. lib. II tit. LI l. XIV, XVII.* 4) *Cfr. supra*  
*II, 33 § 1.* 5) *l. 12 C. 4, 1.* 6) *l. 2 § 2 C. 2, 59.* 7) *l. 11*  
*D. 25, 2.* 8) *Lomb. vulg. lib. II tit. LV l. VII.*

## CAPITULA EXTRAORDINARIA.

## JACOBI DE ARDIZONE ET BARTOLOMEI DE BARATERIIS.

*Usi sumus editionibus Jacobi de Ardizone 1518 (Asti) et 1569 (Coloniae), ad cap. 27 codice Paris. lat. 4677, ubi hoc caput in fol. 55<sup>5</sup> post summam Ardizonis invenitur. Baraterii lectiones et capitula sump-  
simus ex editione F. P. Schmidii apud Schilter, Codex juris Alemannici  
feudalis Argentorati 1697, quacum concordat codex chart. Placentinus  
(Bibl. communale), quem nos contulimus.*

*De capitulis extraordinariis cfr. Dieck p. 390—427, Laspeyres  
<sup>10</sup> p. 298—301. De codicibus vide supra p. 41. 44.*

## I. CAPITULA EXTRAORDINARIA JACOBI DE ARDIZONE.

1. Summopere mandare curamus<sup>a)</sup>, ut, si quis aliquem de be-  
neficio investiverit, quod ille, qui investitus fuerit, non potest per  
proprium vendere nec pro levissima re<sup>1)</sup> locare<sup>2)</sup> nec infundare<sup>3)</sup>,  
<sup>15</sup> nisi majorem partem apud se retinuerit; et si in desperatione filio-  
rum fuerit<sup>4)</sup>, nulla ratione nec quolibet modo dare potest. Quae  
omnia si facta fuerint, nullius momenti erunt, et eo defuncto omnia  
ad priorem dominum revertantur; et si dominus conquestus fuerit  
<sup>20</sup> paribus, pares auditis rationibus intra anni spatium expedire fa-  
ciant; vasallo non faciente satisfactionem domino dent possessio-  
nem salvis suis rationibus<sup>5)</sup>, nisi diffinitivam promeruerint senten-  
tiam. (*Cujacius IV*, 73.)

2. Feuda scutiferorum, ut ad libitum dominorum possint adimi<sup>6)</sup>,  
rationis non est, dum tamen serviant secundum laudationem curiae.  
<sup>25</sup> (*Cujacius IV*, 74.)

3. Ut inter conditionalia et non conditionalia aliqua sit dif-  
ferentia, dicimus, quod, si quis alicui dederit beneficium conditionale,

a) in scriptis mandare curavimus *Baraterius* (XI, 9).

1) Cfr. supra II, 9 *Vulg.* (VIII, 15 § 1 *Ant.*): quod libellario nomine sub  
<sup>30</sup> vilissima duorum denariorum pensione perpetuo conceditur utendum. Cfr. quoque  
*II*, 54. 2) Cfr. supra I, 12 *Vulg.* (V, 3 *Ant.*) 3) *Hoc est contrarium  
juri communii.* Cfr. *II*, 26 § 22; *II*, 34 § 3. Sed secundum Ardizonom (cap. XV)  
ex consuetudine Veronae vasallus non ultra dimidium feudi in feudum dare po-  
terat. *Verisimile igitur est, hoc capitulum ex jure statutario Veronensi desumptum  
35 esse.* 4) Cfr. *Lomb. vulg.* II tit. XIV cap. XIII. 5) Cfr. supra II, 22  
*Vulg.* (VIII 29 *Ant.*); v. Bethmann-Hollweg, 'Der germanisch-romanische Civil-  
process im Mittelalter' tom. II p. 429. 6) Cfr. supra I 1 § 4 *Vulg.* (I, 4  
*Ant.*). *Librum consuetud. Mediolani Rubr.* 24: Mercenarii . . et scutifferi. *Ger-  
maniae* 'Schildlehen'. Vide Weber II p. 539, 540.

*Capitula extraord. Jac. de Ardizone.*

ut pote quae dantur propter habitationem<sup>1)</sup>, deserta habitatione beneficium amittetur; et etiam cum certo constituuntur servitio, non dato servitio non poterit retineri beneficium. (*Cujacius IV, 75.*)

4. Quoniam de fidelitate mentionem fecimus, super ea aliquid<sup>5</sup> summatim dispiciamus. § 1. Si beneficium est sine fidelitate<sup>2)</sup>, et vasallus aliquid, quod sit contra suum dominum, fecerit, amittat beneficium laudatione parium. Hoc idem dicimus in his, qui fidelitatem jurant. § 2. Si cui militi fidelitas requisita fuerit a domino, dominus secundum quosdam librum militi ostendere debet et miles<sup>10</sup> eam<sup>3)</sup> facere debet, vel parium laudationi stare intra annum. Quod nisi factum fuerit, miles secundum quosdam de beneficio damnari potest, quod contra praeceptum domini Lotharii regis Papiae datum videtur<sup>4)</sup>. Librum autem, quod vasallo ostendi soleat, non necessitate fieri, sed voluntate<sup>a)</sup>. Est enim quoddam signum requisitae<sup>15</sup> fidelitatis memoriae causa. § 3. Et venit aliquando, ut vasallus dicat, domino se facturum fidelitatem, quam pares laudaverunt. Tunc non perdit beneficium, si stat per dominum, quod faciat curiam. § 4. Qui fidelitatem jurant, si voluntate utrorumque separatio facta fuerit, fidelitas finitur: si sua voluntate vasallus vel<sup>20</sup> judicio parium feudum dimisit, fidelitas durat<sup>5)</sup>. (*Cujacius IV, 76.*)

5. Cum plures fratres vasalli paternum habent beneficium, donec eum indivisum possident, una fidelitas et unum servitium domino fieri debet<sup>6)</sup>. Si vero partitum fuerit, quot partes, tot erunt fidelitates. Servitia vero pro partibus, ne uno primo vi-<sup>25</sup> deantur graviora<sup>b)</sup>, et<sup>c)</sup> pro quantitate beneficii moderanda. Plures autem domini, et si feudum inter se dividant, nullo modo nisi unam fidelitatem ex feudo habere poterunt<sup>7)</sup>. Servitium vero omnibus non gravitate, sed moderamine faciendum est. (*Cujacius IV, 77.*)

6. Cum feudum hereditarium uni ex coheredibus propria culpa<sup>30</sup> auferetur a paribus per judicium, ceteris non praejudicat<sup>8)</sup>. Hoc autem ita intelligitur, ut vivo eo vel suis heredibus feudum ad ceteros venire non intelligatur. (*Cujacius IV, 78.*)

7. Si contentio fuerit inter dominum et vasallum, et dominus

a) Librum etiam ostendi, non necessitate sed voluntate fieri solet *melius Baraterius* (X, 2). b) *Ita Baraterius recte legit* (X, 12); *Ardizo*: non pro partibus, ut unum primum, videlicet graviora. c) sed *Ard.*, *Barat.*

1) *id est*, ut vasallus in feudo habitet. *Cfr. Ardizonis summam c. 34.*

2) *Cfr. supra II, 3 § 2 Vulg.* (VIII, 8 Ant.) 3) scilicet fidelitatem.

4) *Cfr. supra II, 52, III.* 5) *Cfr. supra II, 38.* 6) *Cfr. supra II, 26 § 8, II, 54 § 4.* 7) *Cfr. supra II, 54 § 4, infra cap. 31; Glossam ordin.*: Omnes filii (ad II, 26 § 8). 8) *Cfr. supra II, 38.*

*Capitula extraord. Jac. de Ardizone.*

habuerit aliquam rationem contra vasallum et vasallus contra dominum, vasalli ratio prius discutiatur: quoniam pares majorem jurisdictionem habent de suo pari, quam de suo domino. (*Cujacius* IV, 79.)

8. Generaliter verum est in feudis, dominos de evictionibus teneri, aut<sup>a)</sup> si quis sciens investituram alterius beneficij acquirebit, eo evicto nullam adversus dominum vasallum actionem habere dicimus, quoniam in acquirendo malam habuit fidem<sup>b)</sup>). (*Cujacius* IV, 80).

9. Unum quidem non minus utile, sed satis congruum superioribus adverti, et ex comprobato usu in scriptis bono arbitrio reducere procuravi. Si quis igitur pro vicedominicaria<sup>c)</sup> vel villicaria<sup>d)</sup>, et, ut ita dicam, pro decania<sup>e)</sup> vel aliis quibuscumque angariis feendum, quod improprium est, acceperit, nisi specialiter hoc actum sit inter contrahentes, id est nominatim 'feendum cum honore feudi', et ita 'ut non liceat domino auferre, quod datum fuerit, etiamsi administratio illa auferatur', quod datum est<sup>b)</sup>), penitus ablata administratione sine omni obstaculo auferri liceat<sup>c)</sup>.  
Si autem, quod superius dictum est<sup>b)</sup>, probare conetur, licet quodammodo<sup>d)</sup> possidere vasallum a quibusdam credatur, non jurejurando decidi oporteat, sed testibus vel instrumento aliisve legitimis probationibus causa firmiter approbetur<sup>e)</sup>). (*Cujacius* IV, 81.)

10. Si qua contentio de beneficio inter aliquos (prout saepe fieri solet) orta fuerit, si unus dominus vel loco domini habeatur, et alter vasallus vel loco vasalli habeatur, si per pares secundum usum regni judicium ventiletur, primo de suo recto beneficio investiri debet, et, si possessio aliqua perturbata fuerit, modo restituui debet<sup>f)</sup>). (*Cujacius* IV, 82.)

11. Si alter ex fratribus, qui paternum habeat beneficium, suam portionem dederit domino vel alicui extraneo, dominus vel extraneus tamdiu teneat sine praejudicio quamdiu ille, qui dedit,

a) at *Cujacius*. b) est *deest Ard.* c) *Baraterius* (XIII, 9): Si quis igitur pro villicaria, et ut ita dicam, pro decania, vel aliis quibuscumque angariis feendum quidem, quod improprium est, acceperit, nisi specialiter hoc actum sit inter contrahentes, ut a nominatis in feudo non liceat domino auferre quod datum fuerat, etiam si administratio illa eis auferatur, quod datum est, penitus ablata administratione sine omni obstaculo auferri licet. *Cfr. quoque IV, 10.*

d) *ita Baraterius* (XV, 54); licet *deest Ard.*

40 1) *Cfr. supra II, 8 Vulg. (VIII, 13 Ant.)* 2) *Cfr. Handloike o. c. p. 44.*  
3) *Handloike* p. 43. 4) *Handloike* p. 43. 5) *scilicet, quod feendum sit cum honore (proprium).* 6) *Cfr. supra I, 2 Vulg. (I, 4 § 1 Ant.), infra c. 22.* 7) *Cfr. supra II, 39 § 1, II, 20 Vulg. (VIII, 27 Ant.)*

*Capitula extraord. Jac. de Ardizone.*

heredem masculum habuerit. Si vero sine herede decesserit, alter frater si vixerit vel ejus heres sine ullo obstaculo et temporis prae-  
scriptione beneficium, quod hereditarium est, vendicet a quocunque possidente<sup>1)</sup>. Hoc idem dicimus et si fratres fuerint, et alter ab altero ex fratribus acquisierit; hoc enim verissimum ex usu com-  
probato dicimus. (*Cujacius IV*, 83.)

12. Quoddam usui traditum recordationis causa in scriptis ponere procuravi. Si quis igitur habens filium ipsum per dominum investire<sup>a)</sup> fecerit, nisi nominatim cum domino pactus fuerit, 'ut si filius decesserit ante patrem, quod feudum ad patrum revertatur', dicitur defuncto ante patrem filio patrem carere beneficio et domino acquireti beneficium<sup>b)</sup>. (*Cujacius IV*, 84).

13. Si maritus de feudo suae uxoris investiatur ea absente, nisi<sup>c)</sup> nominatim quasi gerendo uxoris negotia, non valet. Secus si<sup>d)</sup> acquisierit feudum ea sciente vel jubente<sup>e)</sup>. Si vero uterque insimul investiatur, pro parte sibi proficiunt, nisi cum jam dicta distinctione factum fuerit. Et dicimus etiam, ut, si unus ante alterum sine herede decesserit, quod alterius pars domino acquiratur<sup>f)</sup>. (*Cujacius IV*, 85.)

14. Unum quidem satis usitatum dicimus, quod, si aliquis de-  
cesserit nullo in feudo relicto herede, jus feudi ad dominum per-  
tinere dicimus. Fruges autem extantes non ad dominum, sed ad  
filias ipsius vasalli vel etiam ad uxorem ejus pertinerent; et hac ratione creditor eas retinere potest<sup>g)</sup>, licet pignus habere non pos-  
sit, et hoc cum distinctione imperialium constitutionum<sup>h)</sup>. (*Cujacius IV*, 86.)

15. In beneficiis, ut in ceteris contractibus, praescriptiones currere, satis humanum et rationi congruum videtur. Si quis ergo feendum alienum bona fide ab aliquo justa traditione acceperit, licet<sup>i)</sup> dominus<sup>j)</sup> non sit, cum verus dominus in traditione putetur, longi temporis praescriptione jus sibi acquirit. Si vero malam fidem habuerit, nulla se poterit tueri praescriptione nec etiam de evic-  
tione agere poterit<sup>k)</sup>. (*Cujacius IV*, 87.)

16. De ingressu curiae a quibusdam varia ac diversa putantur.<sup>l)</sup>

a) a domino investiri *Baraterius* (*XIV*, 15). b) et non *Barat*.

c) *Ita recte Baraterius*; *Ard.*: nisi nominatim quasi gerendo uxoris negotium investiatur, sibi acquirit feendum ea sciente vel jubente. d) verus dominus *Barat*. (*XII*, 19).

1) *Cfr. supra II*, 39 *pr.* 2) *Cfr. supra II*, 50. 3) *Cfr. II* 13 40  
*Vulg.* (*VIII*, 20 *Ant.*) 4) *Cfr. supra II*, 45. 5) *id est supra II*, 28 § 3.  
6) *Cfr. supra II*, 26 § 5, *Cap. Extr. 8.*

*Capitula extraord. Jac. de Ardizone.*

Nos autem, quod saepius ac rationabiliter in multis curiis et civitatibus intelleximus, in scriptis bonae recordationis causa inserere procuravimus. Quicunque igitur beneficium per investituram acquisierit sine possessionis traditione, pares ad investituram habeat, ut pro ipso<sup>a)</sup> veritas discernatur, cum controversia inde fuerit. Sane si possidet, aliis quibusdam<sup>b)</sup> adjuvetur adminiculis. Verumtamen quia milites<sup>c)</sup> inopes vasalli sunt, per testes vel per breve testatum probatio satis competens esse dignoscitur<sup>1)</sup>. (*Cujacius* IV, 88.)

17. Beneficia conditionalia, quae in majoribus curiis a veteri tempore esse noscuntur, utpote patriarcharum, archiepiscoporum, abbatum, abbatissarum, ducum, marchionum, comitum, capitaneorum sive etiam majorum valvasorum, si duobus, tribus vel deinceps aliis<sup>15</sup> dantur vasallis, tacitae conditiones eos sequuntur, nisi nominatim in ipsis traditionibus ipsae conditiones excipiuntur. Hoc idem<sup>a)</sup> etiam de his conditionibus, quae noviter constituuntur, ad harum similitudinem verissimum fore<sup>d)</sup> sapientibus placet. (*Cujacius* IV, 89.)

18. Si duo fratres in heredes masculos et feminas de beneficio<sup>20</sup> investituram acceperint, altero decedente filia relicta, neptem cum patruo ad feudum venire dicimus, eum unusquisque fratrum suae soboli bene consuluit<sup>e)</sup>. Si enim frater suus<sup>f)</sup> sine ulla progenie decesserit, feudum non ad superstitem sed ad dominum perveniet, nisi pactum de successione<sup>f)</sup> factum foret<sup>g)</sup>. (*Cujacius* IV, 90.)

19. Beneficium intelligitur de veteri et novo, et cum de veteri fit investitura, satis sit si<sup>g)</sup> de recto beneficio fiat investitura. Haec autem investitura ab unaquaque persona fieri potest sive saeculari sive ecclesiastica, si antiquitus eorum consuetudo fuerit<sup>h)</sup>, haec secundum quosdam et a femina et a minore viginti-<sup>30</sup> quinque annis fit<sup>i)</sup>. De novo si fiat investitura, nominatim et de certa re oportet fieri. Haec investitura a muliere secundum quosdam non valet, quibusdam valere placet, quae sententia mitior<sup>h)</sup> est<sup>j)</sup>. A minore autem 18 annorum<sup>k)</sup> non valet, hoc etiam de mi-

a) per ipsos *Barat.* (V, 4). b) quibusque adjuvabitur *Barat.* (V, 4).

35 c) multi milites *Barat.* d) Heredem — nexum fore *Baraterius* (IV, 11).  
e) alter fratrum *Baraterius* (XIV, 32). f) si denuo feudum fiat *Baraterius* (VI, 2). g) cum domino add. *Baraterius.* h) verior *Baraterius* (I, 12).

1) Cfr. supra II, 32. 2) Cfr. supra II, 18 *Vulg.* (VIII, 25 *Ant.*)

3) Cfr. supra II, 12 *Vulg.* (VII, 18 *Ant.*) 4) Cfr. supra I, 1.

40 5) Cfr. supra II, 3 *Vulg.* (VIII, 5 *Ant.*) 6) Cfr. supra II, 3 § 2 *Vulg.*  
(VIII, 7 *Ant.*) 7) id est perfecta aetas juris langobardici, *Lomb. vulg.* II  
tit. 29 c. 1, *Liber consuetud. Mediolani Rubr.* 21.

*Capitula extraord. Jac. de Ardizone.*

multis curiis et civi-  
tationis causa inserere  
investituram acqui-  
vestituram habeat,  
oversia inde fuerit.  
dminiculis. Verum-  
estes vel per breve  
scitur<sup>1)</sup>. (*Cujacius*

ibus curiis a veteri  
, archiepiscoporum,  
nitum, capitaneorum  
us vel deinceps aliis  
tur, nisi nominatim  
ntur. Hoc idem<sup>2)</sup>  
tuuntur, ad harum  
t. (*Cujacius* IV, 89.)  
t feminas de bene-  
filia reicta, neptem  
nusquisque fratum  
us<sup>3)</sup> sine ulla pro-  
d ad dominum per-  
). (*Cujacius* IV, 90.)  
ovo, et cum de  
eneficio fiat inves-  
persona fieri potest  
eorum consuetudo  
t a minore viginti-  
a, nominatim et de  
ere secundum quo-  
sententia mitior<sup>4)</sup>  
, hoc etiam de mi-

situr Barat. (V, 4).  
re Baraterius (IV, 11).  
uo feudum fiat Barate-  
rior Baraterius (I, 12).

(VIII, 25 Ant.)  
Cfr. supra I, 1.  
supra II, 3 § 2 Vulg.  
ardici, Lomb. vulg. II

noribus annorum 25 asseritur, ut quibusdam<sup>1)</sup> placet. A praelatis  
ecclesiarum vero tradi legitime dici potest, ut jure valeat investitura,  
dum tamen dissipator videri non possit<sup>2)</sup>). Quod si aliter intelli-  
geretur, nullum beneficium ab ecclesiasticis personis datum reti-  
neri posset. Dicitur etiam, quod, si conjunctae personae gratia vel  
etiam alicui alteri tale dedit feendum, quod duos consimiles vasallos  
acquirere posset, inutile est beneficium<sup>3)</sup>). (*Cujacius* IV, 91.)

20. Quicunque paratus est facere bene fidelitatem domino  
suo, 'prout pater fecerat fidelitatem patri vel antecessori domini',<sup>10</sup>  
dum tamen haec bona fide dicat et non dolose, sed justo errore,  
omnino condemnari non potest. Cum enim controversia est inter  
ipsos, per antiquitatem feudi vel per breve testatum vel per testes  
domino incumbit probatio, alioquin per vasallum veritas inquiratur.  
(*Cujacius* IV, 92.)

21. Quoddam satis bene dispositum ad utilitatem et ad per-  
niciosam calliditatem destruendam in scriptis inserere curavimus.  
Quidam miles bina beneficia a duobus dominis, prout solitum est,  
acquisivit. Qui decedens duos reliquit filios, qui paterna beneficia  
inter se dividentes alter eorum suo domino pro beneficio, quod ad<sup>20</sup>  
eum venit, fidelitatem nullo anteposito, sicut et pater fecerat, fecit.  
Alter vero frater alteri domino similiter pro suo beneficio, quia  
alium nullum dominum habere videbatur, nullo anteposito fidelita-  
tem fecit. Defuncto posteriore fratre sine filiis utrumque feendum  
in unam, ut prius, venit personam, et sic dominus talem fidelita-<sup>25</sup>  
tem quaerit, qualem frater ejus fecerat. Quas altercationes am-  
putantes dicimus, illud, quod frater fecit, nihil superstiti obesse,  
licet in secundam et tertiam generationem et usque ad infinitum  
pervenerit<sup>4)</sup>). (*Cujacius* IV, 93.)

22. Quod nomine gastaldiae vel guardiae in feendum datur,<sup>20</sup>  
ablata gastaldia vel guardia jure auferri potest<sup>4)</sup> (*Cujacius* IV, 94).

23. Quidam dominus habens beneficium reliquit duos filios,  
et unusquisque ipsorum habuit duos vel tres filios. Unus illo-  
rum fratrum decessit una tantum filia reicta. Portionem illius  
non ad omnes superstites, sed ad patruos illius et suis posteriori-<sup>35</sup>  
bus pertinere dicimus<sup>b)5)</sup> (*Cujacius* IV, 95).

24. Qui accepit investituram alterius beneficii, inutilis est

a) dum tamen videatur dispensator *Baraterius* (I, 6); dilapidator *pro dissipator Ardizonis Summa c. 14.* b) non tantum ad superstites, sed ad patrum illius et posteriores pertinere dicimus *Baraterius* (XIV, 7).

1) *scilicet jus Romanum allegantibus.* 2) Cfr. ad hanc sententiam *Ardizo*  
c. 16. 3) = II, 52, II. 4) Cfr. supra Cap. Extr. 9. 5) Cfr. supra II, 50.

*Capitula extraord. Jac. de Ardizone.*

haec investitura<sup>1)</sup>. Et qui sciens hoc agit, de evictione agere non potest<sup>2)</sup> (*Cujacius IV*, 96).

25. Inter dominum et vasallum nulla fraus debet esse et inde potest accipi<sup>3)</sup>, si vasallus non dolose steterit per annum, quaerere<sup>4)</sup> investituram sui beneficii, non damnabitur. Dolus enim abest, si justa causa impediente steterit vel etiam cum amore servitium fecerit domino conscio. Dicimus autem, ut, si contra ea, quae in fidelitate nominantur, fecerit, beneficio carebit<sup>5)</sup>. (*Cujacius IV*, 97).

26. Vasallus habens feudum deliquit contra dominum, cui judicatum est?<sup>6)</sup>. Agnati cum domino litigant. Quidam domino dicunt pertinere, quidam agnato. Dicimus autem, ad dominum<sup>7)</sup> pertinere, donec aliquis masculus ex delinquenti vasallo superest<sup>8)</sup>, alii vero contradicunt (*Cujacius IV*, 98).

27. Imperator Henricus, Dei gratia divina favente secundus Romanorum Augustus<sup>9)</sup>. De militum beneficiis quoniam dubias variasque causas in regno nostro esse cognovimus, ideoque ad rei publicae statum quaedam statuimus. Si quis ergo dominum suum interficerit vel vulneraverit ipsum, se suamve domum obsederit, vel eum cucurbitaverit, vel contra ea, quae in fidelitate nominantur, fecerit, vel his supra dictis consilium dederit, parium laudatione beneficium amittat<sup>10)</sup>. Si vero de supradictis se defendere voluerit, testibus a parte domini deficientibus, cum tribus paribus se expurget<sup>11)</sup>, si autem pares habere non potuerit, cum duodecim propinquioribus parentibus se defendat (usu vero curiali solus se defendat). Si quis autem suorum parium, idoneus tamen, exinde se veritatem scire dixerit et per pugnam eum fatigare voluerit, ut per pugnam se defendat dicimus<sup>12)</sup>. Si quis autem per annum steterit, quod domino non servierit, parium laudatione beneficium amittat<sup>13)</sup>, (curiali tamen usu id redimere poterit pro medietate, quantum valuerit). Sed si hoc defendere voluerit, duos vel unum sal-

a) concipi quod *Baraterius* (X, 7). b) quod non petierit *Baraterius*.

c) Cui feudum est judicandum quaeritur *Baraterius* (XIV, 44).

35 d) *ita recte Baraterius*; *Ard.*: non pertinere.

1) *Cfr. supra I*, 9 *Vulg.* (IV, 2 *Ant.*). 1) *Cfr. supra Cap. Extr. 8.*

3) *Cfr. supra II*, 52, III. 4) *Cfr. supra II*, 26 § 18, II, 31.

5) *Cfr. Mon. Germ. Histor. 4º. Leg. Sect. IV Tom. I p. 104, 105, ubi variae lectiones notatae sunt. Veram legem esse, non puto. Videtur esse tractatus similis legi Quicumque (supra I, 19 sqq. *Vulg.*). 6) *Cfr. supra I*, 5 *Vulg.* (II Ant.). 7) manu quarta. *Cfr. supra II*, 27 § 10. 8) *Cfr. supra II*, 39 § 2. 9) *Cfr. supra I*, 21 *Vulg.* (VI, 12 *Ant.*).*

*Cupitula extraord. Jac. de Ardizone.*

tem parem ostendat, et cum his se serviisse juret, et si pares paremve habere nequiverit, cum tribus vel duobus propinquioribus parentibus se intra annum servire juret, (usu tamen curiali solus jurare conceditur). Qualiter autem juret, an solus an cum aliis, nihil interest, dum tamen servitia nominet. Si autem concorditer cum domino suo se habuerit, dominum saepe videndo, tunc dicimus, ut probet per testes, se servitum fecisse, et per se non stetisse. Si autem aliqua inter dominum et vasallum discordia fuerit, vel si domicilia in longinquum habuerit vasallus,<sup>10</sup> domino se repraesentando servitum promittat, ut, si necesse fuerit, hoc probare possit jurejurando, saltem ad finem controversiae vasallo a paribus dato. Si quidem intra annum servierit, quod levissimum fuerit, et dominus aliud servitum imposuerit, quod vasallus neglexerit, unde damnum domino illatum fuerit, usque<sup>15</sup> ad fruges feudi parium existimatione damnum resarciat. De aliis vero culpis, unde beneficium non amittitur, parium laudatione defendat se, ut supra, vel emendet. Datum VI. Kal. Septembr. anno MCXXVII. (*Cujacius, lib. V.*)

28. Si quis investitus de feudo ligio<sup>1)</sup>, pro quo contra omnes<sup>20</sup> fidelitatem domino debet, Lucio et Titio, ex se descendentibus filiis, sibi heredibus institutis, vita decesserit, divisione facta, si ad solum Titium feudum pervenerit, rationabiliter placuit, eum solum fidelitatis sacramento esse obnoxium, ad quem solida feudi jura transierint. Quodsi ab alio domino Lucius postea feendum<sup>25</sup> per investituram acquisierit, pro quo similiter ei contra omnes dominos fidelitatem fecerit, decedente Titio sine liberis, ad quem devolvatur feendum, quod ex divisione habuerat, an ad alium fratrem, an ad dominum quaeri potest. Et cum placeat, quem ligium hominem duorum esse non posse, videri potest feendum ad dominum<sup>30</sup> pertinere. Sed rectius visum est, feendum, quod per investituram acquisiverit, impedimento ei non esse, licereque ei per substitutum acceptabilem domino priori servire (*Cujacius IV, 99.*)

29. Ex facto incidisse scio, Fridericum principem nostrum, cum ab initio dux esset et pro ducatu fidelitatem faceret, divino nutu postea imperatorem creatum, petita ab eo fidelitate pro ducatu,<sup>35</sup> petenti domino respondisse, non teneri se fidelitatem facere, cum omne hominum genus sibi fidelitatem debeat, et ipse soli Deo et

1) *De feudo ligio* vide *Ducange, Glossarium s. v. ligius*, *Weber IV p. 316 sgg.*, *Pertile IV p. 668*. Cfr. quoque *Diez, s. v. lige.* 2) *etiam contra dominum antiquiorem*. Cfr. *Jacob. de S. Georg. De feudis* (1575) p. 80. *Exceptus erat*<sup>40</sup> *solus imperator*. Cfr. *Homeyer 'System des Lehnrechts'* p. 377. 378.

*Capitula extraord. Jac. de Ardizone.*

Romano pontifici. Sed cum insidente feudi domino de hoc contenteretur, proceribus prudenter visum est, feudum amissum esse vel alium ducem in ducatu constituendum, qui feudo servire debeat et domino fidelitatem faciat. (*Cujacius IV*, 100)<sup>1)</sup>.

30. De negotio, super quo nos consulere voluisti, tibi secundum jus curiae et usum feudi breviter respondemus, quatenus pro feudo, quod ab aliquo per ecclesiam detinetur, nulla sit facienda fidelitas. (*Cujacius IV*, 101).

10 31. Insuper etiam te instructum esse volumus, quod, si dominus, a quo feudum tenebatur, diem suum pluribus heredibus relictis obierit, vasalli, qui communiter illud tenent, non coguntur fidelitatem pro eo feudo facere, nisi domini illud feudum primo partirentur, quoniam secundum jus feudi non debet quis duas 15 fidelitates pro eodem feudo facere<sup>2)</sup>. (*Cujacius IV*, 102.)

32. Mulier, quae feudum secundi viri contemplatione acquisierat, si ex utroque matrimonio superstribus liberis decesserit, solos ex secundo viro susceptos filios ad feudi successionem admitti, usu curiarum obtentum est<sup>3)</sup>. (*Cujacius IV*, 103.)

20 33. Si cui militi ad certum servitium feudum fuerit datum, isque reicta ex se descendente femina decesserit, quae id servitium juxta feudi conditionem non minus decenter praestare possit quam masculus, etsi in investitura minime cautum sit, ut et feminae ad id adspirare valeant, eam tamen admitti, rectum putamus; quin immo hoc casu simul cum masculo in feudo eam succedere, quidam putant. Quod multo magis dignum observantia existimavimus, cum feudum sic datum est, 'ut nullum pro eo servitium fiat'<sup>4)</sup>, ut pleraque hodie feuda dantur. (*Cujacius IV*, 104.)

1) In nonnullis codicibus consuetudinum feudorum in fine leguntur capp.

30 28. 29 hac forma:

Quidam investivit Titium de feudo hac lege, ut deberet ei jurare fidelitatem contra omnes homines. Decessit duobus heredibus institutis. Divisione facta ad unum pervenit (*sc. feudum*). Alius feudum ab alio accepit et fidelitatem contra omnes homines fecit. Ille, qui habet feudum ex divisione, decessit nullo filio relichto, et sic feudum ad alium pervenit. Modo prior dominus dicit isti, ut faciat ei fidelitatem contra omnes homines. In quaestione vertitur, quid juris sit, et dicitur sicut in hoc alio casu: Fredericus ab initio dux erat et feudum habebat, factus fuit imperator, fidelitas ab eo petebatur. Ipse dicebat, se non debere facere, cum omnes, qui erant in mundo, deberent ei facere. Et statutum fuit, ut feudum amitteret vel alium ducem pro se fieri constitueret. Sic et in isto casu, ut ipse per se faciat vel per subrogatos. *Sequuntur allegationes locorum corporis juris civilis.*

2) Cfr. supra Cap. extr. 5. 3) Aliter supra II, 26 § 10. E lege 4 C.

5, 9 hanc sententiam derivatam esse, *Cujacius recte putat.*

4) 'Freylehen'.

45 Cfr. Weber IV, 304.

*Capitula extraord. Jac. de Ardizone.*

34. Item si quis eo tenore de feudo aliquo sit investitus, 'ut in eo succedant feminae sicut masculi', sive feudum id ad certum fuerit datum servitium, sive pro eo indeterminate fuerit promissum servitium, investito moriente in feudum succedunt pariter et mares et feminae. Quamquam enim superstite masculo ex eo, qui primus feudum acquisivit, feminae excludantur, etsi in maribus et feminis fuerat acquisitum, ut in feudis regulariter tradi solet<sup>1)</sup>, sermonem tamen investiturae, nec non vim verborum et sensum contrahentium intuentes, discretionem sexus in ejusmodi feudi successione non fecimus. (*Cujacius IV*, 104.)

35. Jugales a quodam milite simul de eodem feudo investiti fuerant, 'ut in se descendentesque suos id haberent'. Hi ex se filio et filia superstitibus defuncti sunt, inter quos feudi quaestio agitatur. Masculus enim universum feudum sibi vendicat, femina vero ad parentum feudum pariter cum fratre vocari se defendit. Quidam pro masculo, quidam pro femina pronuntiant. Eorum, qui pro filia judicant, sententiam sequendam esse censeo, cum filia ex antedictorum jugalium contubernio superest, ex praedefuncta uxore alio suscepto masculo, qui consanguineus ad eam frater sit; in ceteris priorum sententia sane sequenda est. Quodsi sola ex eo matrimonio relicta filia, nullo ex eo vel alio connubio superstite masculo, ab hac luce subtracti fuerint, feudum scindi fert prudentum nostrae civitatis opinio, ut dimidiā quidem partem femina sibi acquirat, reliquam vero dominus aut ejus heres accipiat<sup>2)</sup> (*Cujacius IV*, 104).

36. Feuda habitationum, nisi aliud specialiter cautum sit, morte accipientium finiuntur<sup>3)</sup> (*Cujacius IV*, 105).

37. Imperator Henricus. Si contigerit feudum incuria aut fidelis neglectu consortibus applicari, nullum ex eo levamen detrusus excipiat, ne senioris sui contemtus illusus fiat, ob quem feudum jure dimiserat. Sane qui aliter fecerint, quam quod mens saluberrimae nostrae constitutionis exposcit, beneficio se carituros esse cognoscant, ita ut eis amplius sperare non liceat, seniori danda licentia tam ab ipsis eorumque posteris, quam ceteris detentoribus praedictum beneficium vendicandi<sup>4)</sup>. (*Cujacius lib. V.*)

38. Quaesitum scio dudumque apud prudentes fuisse causam hanc, si servi, quibus macula servitutis obstaculo fuerat, liber-

1) *Cfr. supra II, 30, 51 § 3.*

2) *Cfr. supra Cap. extraord. 13 in fine.*

3) *I. 11 C. 3, 33; Habitatio morte finitur.*

4) *Cfr. supra II, 38. Vide 40 Mon. Germ. Histor. 4<sup>o</sup>. Leg. Sevt. IV Tom. I p. 105.*

*Capitula extraord. Jac. de Ardizone.*

tate donati fuerint, an ad feudi successionem valeant adspirare? Denique post magnas varietates obtinuit sententia distinguentium, quo tempore libertatis donum assecuti fuerint, ut, siquidem eo tempore, quo coheres alter, utpote his constitutis inhabilibus, aut dominus quasi ad se devolutum vendicasset, ab ejus successione sint penitus alieni, ne, quod legitime factum est, superveniente facto postea retractetur; qui, si re integra manumissi fuerint, in feudum recte succedere queunt. (*Cujacius IV*, 106.)

10 39. Antiquatum esse ipsis rerum experimentis nos ipsi cognovimus, fideles, nisi aliud contractibus pactiones insertae desiderent, dominorum sumptibus eisdem servitia ministrare. Justum namque est, ut illi consequantur stipendum, quo tempore suum commodare reperiuntur obsequium, praesertim cum nec quisquam 15 propriis cogatur impendiis militare, maxime cum extra civitatis suae tentoria servitiis exhibendis eos convenit fatigari. (*Cujacius IV*, 107.)

40. Gregorius septimus<sup>1)</sup>. Si quis imperator<sup>2)</sup>, regum, du-  
cum, marchionum, comitum vel quarumlibet<sup>3)</sup> saecularium potes-  
tatum aut personarum investituram episcopatum vel alicujus ecclesiasticae dignitatis dare praesumpserit, ecclesiastica commu-  
nione privetur<sup>4)</sup>.

41. Quoniam<sup>5)</sup> investituras contra sanctorum patrum auctoritatatem a laicis in multis partibus cognovimus fieri, et ex eo pluri-  
mas perturbationes in ecclesia, immo ruinam sanctae religionis oriri, ex quibus censuris<sup>6)</sup> religio conturbatur, decernimus, ut nullus clericorum investituras episcopatus, vel abbatiae, vel ecclesiae de manu imperatoris, vel regis, vel alicujus laicæ personæ, viri vel feminae, suscipiat. Quod si praesumpserint, recognoscant,  
30 investituram illam ab<sup>7)</sup> apostolica auctoritate irritam esse, et se usque ad dignam satisfactionem excommunicationi subjacere.

41. Si<sup>8)</sup> quis clericus, abbas, vel monachus per laicos eccle-  
sias obtinuerit, excommunicationi subjaceat<sup>9)</sup>.

42. Constitutiones<sup>10)</sup> sanctorum canonum sequentes statuimus,

85 1) *Decreti secunda pars Causa XVI. Quaest. VII c. XII § 1.* 2) imperato-  
torum *Corp. jur. can.* 3) quilibet *Corp. jur. can.* 4) ejusdem senten-  
tiae vinculo se obstrictum esse sciatur. *Corp. jur. can.* 5) *Decreti secunda*

*pars Causa XVI. Quest. VII c. XIII.* 6) Christianae censuræ *Corp. jur.*  
*can.* 7) deest *Corp. jur. can.* 8) *Decreti secunda pars Causa XVI.*

40 9) secundum Apostolorum sanctorum canones et An-  
tioceni capitulum concilii add. *Corp. jur. can.* 10) *Decreti secunda pars*  
*Causa XVI. Quaest. VII c. XVII.*

*Capitula extraord. Jac. de Ardizone.*

ut quicunque clericorum ab hac hora investituram ecclesiae vel ecclesiasticae dignitatis de manu laici acceperit, et qui ei manum imposuerit, gradus sui periculo subjaceat et communione privetur.

43. Majus est possessionem dare, quam sit investituram <sup>5</sup> concedere<sup>1)</sup>.

44. Nulla juris constitutione aut consuetudinis ususque longaevi observantia prohiberi sciscitatus invenio, vasallum arctiori, quam in se habeat, lege feudum in alium ubilibet posse transferre. (*Cujacius IV*, 108.) <sup>10</sup>

45. Longinquitate<sup>2)</sup> temporis fit saepe, ut non pateat conditio originis, unde jam statutum<sup>3)</sup> est, ut professionem suam liberti ecclesiae debeant facere, qua profiteantur, se et de familia ecclesiae esse et ejus obsequium nunquam relicturos. His quoque<sup>4)</sup> adjicimus, ut, quoties cursum vitae sacerdos impleverit, et <sup>15</sup> de hac vita migraverit, mox cum successor ejus advenerit, omnes liberti ecclesiae vel ab eis progeniti chartulas suas in conspectu omnium debent ipsi, qui substituitur, pontifici publicare, et professionem in conspectu ecclesiae renovare, quatenus status sui vigorem illi<sup>5)</sup> obtineant, et obedientia eorum ecclesia non careat.<sup>20</sup> Sin autem scripturas libertatis suae intra annum ordinationis novi pontificis manifestare contempserint, aut profesiones renovare noluerint, vacuae et inanes chartulae ipsae remaneant, et illi, origini suae redditi, sint perpetuo servi.

46. Liberti<sup>6)</sup> ecclesiae, quia nunquam eorum moritur patrona,<sup>25</sup> a patrocinio ecclesiae nunquam discedant, nec posteritas quidem eorum, sicut priores canones decreverunt. Ac ne forte libertinitas<sup>7)</sup> eorum in futura prole non pateat, ipsa quoque<sup>8)</sup> posteritas se ab ecclesiae patrocinio non subtrahat, necesse est, ut tam iisdem liberti quam ejus<sup>9)</sup> progeniti professionem episcopo suo faciant,<sup>30</sup> per quam ex familia ecclesiae libertos<sup>10)</sup> se esse fateantur; ejus<sup>11)</sup> patrocinium non relinquant, sed juxta virtutem suam obsequium ei vel obedientiam praebeant.

47. Quicunque<sup>12)</sup> fidelium propria devotione de facultatibus suis aliquid ecclesiae contulerunt<sup>13)</sup>, si forte ipsi aut filii eorum<sup>35</sup>

1) *Cfr. Decreti secunda pars Causa XVI Quaest. II c. 1 § 1.* 2) *Decreti secunda pars Causa XII. Quaest. II c. LXIV.* 3) *decretum Corp. jur. can., ubi additur in anteriori universalis concilii canone.* 4) *Unde his quoque nos Corp. jur. can.* 5) *et illi Corp. jur. can.* 6) *Decreti secunda pars Causa XII. Quaestio II c. LXV.* 7) *libertas Corp. jur. can.* 8) *ipso saque Corp. jur. can.* 9) *ab eis Corp. jur. can.* 10) *effectos add. Corp. jur. can.* 11) *eiusque Corp. jur. can.* 12) *Decreti secunda pars Causa XVI. Quaest. VII c. 30.* 13) *contulerint Corp. jur. can.*

*Capitula extraord. Jac. de Ardizone.*

redacti fuerint ad inopiam, ab eadem ecclesia suffragium vitae temporis<sup>1)</sup> usu percipient.

48. Et jure et moribus receptum est, vasallum clericali se militiae dedicantem feudum amittere. Scriptum est enim in divinis eloquii: 'Miles Christi serviat Christo, milites saeculi serviant saeculo'<sup>2)</sup>. (*Cujacius IV*, 109.)

49. Si<sup>3)</sup> quis episcopus, saecularibus potestatibus usus, ecclesiastis pro ipsis obtinuerit<sup>4)</sup>, deponatur et segregetur, omnesque,<sup>10</sup> qui illi communicant.

50. Illud<sup>5)</sup> per omnia interdicimus, ut nullus clericus praebendam suam seu beneficium aliquod ecclesiasticum aliquo modo alienare praesumat. Quod si praesumtum olim fuerit<sup>6)</sup> vel aliquando fuerit, irritum erit, et ultioni canonicae subjacebit.

<sup>15</sup> 51. Quicunque<sup>7)</sup> militum vel cuiuscunque ordinis vel professionis persona praedia ecclesiastica a quoque rege seu saeculari principe vel ab episcopis invitis seu abbatibus aut ab aliquibus ecclesiarum rectoribus suscepit<sup>8)</sup>, vel invaserit, vel eorum consensu tenuerit, nisi eadem praedia ecclesiae restituat<sup>9)</sup>,<sup>20</sup> excommunicationi subjaceat.

52. Si<sup>10)</sup> tributum petit imperator, non negamus: agri ecclesiae solvant tributum. Si agros ecclesiae<sup>11)</sup> desiderat imperator, potestatem habet vindicandorum, tollat eos, si libitum est. Imperatori non do<sup>12)</sup>, sed non nego, quia<sup>13)</sup> non ecclesia dari imperatori, non pontificalis apex more capitatis ecclesiae praeminens potest subjici regibus.

53. De his<sup>14)</sup>, quae clerici emerint<sup>15)</sup> vel vivorum donatibus acceperint, consueta principibus debent obsequia, ut et annua eis persolvant tributa et vocato<sup>16)</sup> exercitu cum eis, consueto sensu tamen Romani pontificis, proficiscantur ad castra<sup>17)</sup>.

1) pro temporis *Corp. jur. can.* 2) *Decreti secunda pars Causa XXIII.*  
*Quaest. VIII c. XIX.* 3) *Decreti secunda pars Causa XVI.* *Quaest. VII c. XIV.* 4) ecclesiam per ipsos obtineat *Corp. jur. can.* 5) *Decreti secunda pars Causa XII.* *Quaest. II c. XXXVII § 1.* Illud etiam *Corp. jur. can.* 6) fuit *Corp. jur. can.* 7) *Decreti secunda pars Causa XII.*  
*Quaest. II c. IV.* 8) suscepit *Corp. jur. can.* 9) ecclesiis restituerit *Corp. jur. can.* 10) *Decreti secunda pars Causa XI.* *Quaest. I c. XXVII.* 11) deest *Corp. jur. can.* 12) dono *Corp. jur. can.* 13) quia etc. desunt *Corp. jur. can.* 14) *Dict. Gratiani ad Decreti secundam partem Causa XXIII.*  
<sup>40</sup> 15) *Quaest. VIII c. XXIV.* 16) a quibuslibet emerit *Corp. jur. can.* 17) cum eis proficiscatur ad castra. Quod tamen hoc ipsum non sine consensu Romani Pontificis fieri debet *Corp. jur. can.*

*Capitula extraord. Baraterii.*

## II. CAPITULA EXTRAORDINARIA BARATERII.

1. Beneficium intelligitur quasi ex bono praeterito vel praesenti vel futuro facto et lictio, et generaliter habet in se servitum et fidelitatem; nisi ex pacto excipiatur, ut fit saepius<sup>1).</sup><sup>5</sup> De fidelitate autem sapientes aliter opinantur. Respiciunt autem ad personam dantis vel recipientis beneficium, vel ad beneficii quantitatem. Si enim dominus et vasallus nunquam de fidelitate cogitavit, pro nimia parvitate beneficii, quis unquam contradixit?<sup>2)</sup> (*Tit. I c. 3.*)<sup>10</sup>

2. Beneficium paternum sive hereditarium intelligitur feudum patris vel proavi, usque ad infinitum. (*Tit. IV c. 7.*)

3. Beneficium intelligitur investitura cum traditione. Ex quo ita fit, ut, si quis primo investiatur re nondum tradita, ille, cui posterior investitura cum traditione facta fuerit, potior habeatur<sup>3).</sup><sup>15</sup> (*Tit. VI c. 4.*)

4. Si uni propter propriam culpam feudum abdicatum fuerit, aliis non nocet, nisi ad tempus, id est, donec heredes illius inculpati fuerint<sup>4).</sup> (*Tit. VIII c. 33.*)

5. Si quis nominatim de beneficio alicujus militis investiatur,<sup>20</sup> inutilis est investitura, quia inde occultum et nequissimum homicidium posset oriri et perjurium et alia nefanda evenire possent<sup>5).</sup> Unde et si de beneficio alicujus, 'cum primo apertum fuerit', aliquis investiatur, cum propter hoc magis occulte malitia perpetrari possit, magis inutilis est investitura<sup>6).</sup> (*Tit. XII c. 8.*)<sup>25</sup>

6. Si unus vasallus domino refutaverit, non praejudicat certe-  
ris. (*Tit. XIII c. 20*)<sup>7).</sup>

7. Illud quoque curiali usu memoriae tradere curavimus, ut, si qualiscunque controversia inter dominum et vasallum fuerit, et exinde dominus ad suos milites conquestus fuerit, tunc pares cu-<sup>30</sup>riam faciant, et ex se ipsis legatos primo, secundo et tertio suo pari dirigant, tribus dilationibus datis, quarum prima quindecim dierum intercapedinem habeat, secunda triginta, tertia quadra-  
ginta<sup>8);</sup> et eo non veniente, nec idoneam excusationem faciente, tunc pares dominum possessorem faciant, salvis beneficiis. Pari<sup>35</sup>

1) *Cfr. supra Cap. extr. 33.*      2) *Cfr. Jacobi de Ardizone Summa c. 4, 41, 142 (ed. 1569 f. 7. 46. 47. 199).*      3) *Cfr. supra Cap. extr. 43.*      4) *Cfr. supra Cap. extr. 6.*      5) *Cfr. Jacobi de Ardizone Summa c. 22 (ed. 1569 f. 32).*      6) *Aliter supra I, 9 Vulg. (IV, 2 Ant.). Cfr. ad hoc caput Dieck p. 409.*      7) *Cfr. supra II, 38.*      8) *Cfr. Ardizonis Summam c. 76 (ed. 40 1569 f. 87).*

*Capitula extraord. Baraterii.*

ratione salva profecto ratio intelligatur, si certis excusationibus datis suam contumeliam infra annum purgaverit. Et si quidem veniens se excusare non potuerit, hoc domino laudatione parium emendet,  
5 et possessionem beneficii accipiat, et justitiam, prout res exigit, domino laudatione parium faciat. (*Tit. XV c. 13.*)

8. Si de allodio aliaque re extra beneficium inter dominum et vasallum contentio fuerit, tunc pares ad judicem legis<sup>1)</sup>, vel alibi, id est, ad arbitros mittant eos. Sed si de proprio beneficio,  
10 sua sententia dirimant. Similiter si dominum offensum habuerit, sua sententia dirimant. Si inter duos vasallos, tunc domini cognitio est. Et si vasallus spernit ad judices ire, pares per feudum constringant vasallum, dantes domino beneficii possessionem<sup>2)</sup>. (*Tit. XV c. 14.*)

---

<sup>15</sup> 1) *id est ad judicem ordinarium. Cfr. II 15 Vulg. (VIII, 22 Ant.).*  
2) *Cfr. supra Cap. extr. Ardizonis 1.*